



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorum, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

Catechismvs Maior D. Matini Lutheri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

CATECHIS- MVS MAIOR D. Martini Lutheri.

*PIA, UTILIS ET NE-
cessaria praefatio, & fidelis ac seria
cohortatio D. Martini Lutheri, scripta ad omnes p[ro]p[ri]os
in primis ad pastores & Concionatores, ut quotidie
& alios in Catechismo, tanquam in summa & em-
porum totius sacrae scripturae, diligenter exerce-
ant, & illum fideliter & assidue
Ecclesiae proponant, &c.*

QUOD IN CONCIONIBUS
non ipsi solum Catechismum exigemus, sed
alios etiam, ut idem faciant, rogamus vobis
stamusque, non contemnendas sane causas
habemus, maxime cum videamus & con-
cionatores & Parochos ipsos hinc vix plurimum cessare,
contemnentes & officium suum & doctrinam ipsam,
eademque inde adeo, quod quidam illorum nimis alta, ut
sibi quidem videntur, sapient, quidam etiam ipsa sacer-
dota venterque cura nihil prius habent, non aliter erga hoc
negotium affecti, quam si venteris solummodo causa pro-
rochi & pracones verbi constituantur, nec alia re occu-
pato esse conveniat, quam ut strenue prodigant, consu-
mantque dum vivunt, omnia perinde ut sub Papatu con-
sueverunt. Ac tamen si omnia, quae doceri atque praedicari de-
beant, hoc tempore abunde illis suppetant, dilucidaque ab oculis
posita sint, tot praclaris ac salutariis, ad hoc editis li-

brui, cūq; Et elim nominare consueverūt, ita nūc respici,
 Sermo per se loquentes, Dormis secure, Paratos &
 Thesauros habeant, ita tamen sine inertes, sine etiam
 potuerit quidam sunt, Et hac scripta nec emere dignen-
 tur, nec si empta habeant, intueri saltem ac legere ve-
 lint. Bone Deus, quam noxium detestandumq; hoc ho-
 minum genus est, ventris gulaq; mancipia, quos rectius
 porcis aut canib. quam fidelium animabus profeceris

Ac optandum quidem foret, Et cum inutiles laborio-
 saq; demurrationses preclararum canonicarum, Et
 vocantur, desierint, harum loco mane, meridie ac vespere
 aliquot saltem paginas vel in Catechismo, vel in pro-
 positionibus, vel in nouo Testamento enoluerent, aut de-
 niq; aliud quippiam ex Biblijs sacri sibi sumerent, ora-
 tionemq; Dominicam aliquando ad Deum Patrem &
 sua Gregus sui causa perorarent, quò tandem fidelis-
 cet Euangelio, cuius beneficio tot oneribus ac molestijs
 liberati sunt, vel aliquam rependant gratiam, suppude-
 atq; eos, quòd instur canum ac suum, non aliud ex Eu-
 angelio addidicerint, quam de sulisam, noxiam ac de-
 testandam hanc carnis licentiam, Nam cum vulgus ali-
 oqui nimis frigidè erga Euangelium affectum sit, & nos
 etiam cum omnia summa conamur, aut nihil aut pa-
 rum efficiamus: quanto minus praclarè aliquid spe-
 randum erit, si quemadmodum sub Papatu fuimus, ita
 nunc quoq; desides ac negligentes esse cœperimus.

HIS ACCEDIT noxium atq; pestiferum illud ma-
 lum securitatis & satietatis, quod multorum animis
 iam pridem latenter obrepit, eosq; ita inficit, Et sancte
 decierent, nihil esse facilius ipsa Catechismi doctrina,
 adeo etiam, Et cum vnicā lectione illum percurrerint,
 statim velut ad summū prouecta atq; elocati librū ipsum
 in angulū aliquem abijciunt, pudeatq; eos quodammodo
 in manus sumere denuò. Imò quod indignius est, repe-
 riuntur hodie etiam exnobilibus quidam adeo ignobilis

anxi, ut affirmare ausint, nihil opus esse amplius
Parochis sine concionatoribus, sed sufficere libros, ex
bus eadem haec discere quilibet per se ac nullo tradi
queat. Vnde & ipsas Parochias strenue ac fortiter col
bi ac desolari patiuntur. parochos autem & concionat
res tantum non fame interire sinunt, perinde ut de
stolidos ac insanos Germanos. Talem etenim populum
Germani & habemus & tolerare cogimur.

Ego vero, ut de me ipso dicam scilicet, tametsi Doct
ac predicator sum, non minori, ut opinor, cum doctrin
tum experientia praeditus, quam ij, qui tanta de se pro
sumunt, & ad tantam securitatem peruenierunt, hanc
quaquam tamen imitari me pueros pudet, sed quemad
modum illos Catechismum docemus, ita & ego mane
aut quaecumque; Vacuus aliquis tempore datur
ipsam orationem Dominicam, decem praecepta, Artic
los fidei, Psalmes aliquot, &c. mecum ipse quasi ad ver
bum recito. Et quanquam adhuc quotidie lectionibus
& studijs vaco, attamen ne sic quidem possum perueni
re, quod cupio, aut prestare, quae volo.

Lutherus
discipulus
Catechis
mi.

Ita sit, ut puerum ac discipulum Catechismi etiam ho
die me profiteri necesse habeam, profiteorq; libenter, At
delicatus fastidiosusq; isti vel vnicuique tantum lectione
assequuntur, ut repente omnes ubiq; doctores post se re
linquant, sciantq; omnia, nec vllius doctrina aut institu
tione opus amplius habeant. Imo vero hoc ipso veluti cer
tissimo argumento ostendunt, quod nullam prorsus nec
suis officij, nec salutis populi rationem habeant, sed contem
nant & Deum pariter & Verbum ipsius. Nec est quod
raznam ultra metuant, cum iam horrendissimum casum
fecerint, quin potius opus illi sit denuo repuerascere, ac
discere prima literarum elementa, quae alioqui etiam
ipsis calcere (ut dicitur) sibi prostrata esse existimant.

Vitilitas
discendi
Catechis
mi

ROGO itaq; hos ignavos ventres ac presumptuos
(sanctos, ut vel propter Deum hoc sibi persuadere patiatur

sur, se ad eam eruditionem haudquaquam peruenisse, quam ipsi sibi tribuunt. Deinde, ut nec unquam in animum inducāt, se Catechismi partes, omnino omnes perdidisse perspectasq; habere, etiamsi notissima ac meditatissima ipsis videantur. Nam ut maxime demus, eos omnia quam optime & perfectissime tenere ac scire, (quod tamen in hac vita propemodū impossibile fuerit) non tamen neq; illud praterendum, multiplicem & sum ac fructum ex eo consequi, si eadem illa rudimenta quotidie legantur, meditandoq; & loquendo exerceantur. Nimirum quod Spiritus sanctus adsit huic lectioni, sermoni ac meditationi, qui subinde nouos motus excitet, ac maius lumen suppediet, ut quotidie magis magisq; hac doctrina afficiamur, ac maius opera precium in ea faciamus, sicut & Christus ipse promittit apud Matthaeum cap. 18. cum inquit. Vbicunq; duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ero in medio eorum.

A hac nihil est efficacius contra Diabolum, carnē & omnes prauas cogitationes, quam si sedulo tractetur Verbum Dei, de eo sit sermo & meditatio nostra, Ad eō ut Psalmus primus eos pronuntiet beatos, qui in Lege Dei meditantur die ac nocte, Nec est, quod ihus praestantius, aut odoramentum aliquod efficacius aduersus demones habiturum te speres, quam si Verbum & praecepta Dei multo & su tractes, de ijs familiares misceas sermones, illa canas ac mediteris. Hac enim vere aqua illa sanctificata sunt, verumq; signum, quo Satan & fugatur, & quod fugit maxime.

Et si nulla alia utilitas hinc petenda sit, quam quod *Alia utilis-*
Satanam & prauas cogitationes depellat, certe *vel sola*
hac tanti facienda erat, ut hanc doctrina partē libentor
disteres, legeres, meditareris & tractares. Nō enim po-
test nec ferre nec audire verbū Dei Satan. Et ipsum Ver-
bum non est tale, quales sunt aniles fabulae aut carmina
lyricorum, sed est, quemadmodum Paulus ait, potentia

Dei ad salutem omni credenti. Ac reuera potentia Dei
qua Satanam et maxime affligit & premit, nos
supra modum refocillat & reficit. Et quid multa opus
Si fructum ac utilitatem omnem, quam Verbum Dei operatur,
enumerare vellem, neque charta neque tempus suppetere.

Vulgo vocant Satanam millo artium opificem, hoc est
cuius potestas sit varia ac multiplex. At ipsum Dei ser-
monem, qui non solum variam ac multiplicem potestatem
habet, verum etiam illum ipsum millo artium artificum
cum omni potentia & arte sua opprimit & ad nihilum
redigit, quod tandem nomine dignabimur? nimirum nos
mille tantum artium, sed multarum myriadum artifi-
cem merito dixerit. Quare nos quidem si tantam potestatem,
tantam utilitatem, tantas vires, tantum denique
usum illius, adeo parvi estimaremus, praesertim qui Pa-
rochi & concionatores esse & perhiberi volumus, tum
digni sane effemus, quibus non solum nullius suppeditare-
tur cibum, sed qui cibus etiam exagitemur, praeter-
tim cum illis omnibus non minus, quam quotidiani pauci
opus habeamus, ac plane eiusdem contra quotidianas
irrequietas tentationes & insidias mille istius artium
artificum carere non possimus.

Præceptum
& manda-
tum Dei de
discendo
Verbo Dei.

Quod si neque hac satis sufficiant ad excitandos commo-
uendosque animos ad diligentem Catechismi lectionem, et
ipsam tamen præceptum Dei vel solum cogere nos debet,
quod extat Deut. 6. Ut præcepta ipsius sedentes, ambu-
lantes, stantes, jacentes, surgentes, nunquam non memo-
remur, ac velut signum aliquod ob oculos ponamus ac ma-
nibus gestemus. Procul dubio non temere Deus hoc tan-
seueriter & præcipit & exigit: Sed cum non ignoret, quod
nos periculi & necessitates urgeant, Adhuc quantum con-
tentione, assiduitate & pertinacia maligni spiritus non
lo non momento in perpetuam nostris perniciem sunt infra-
biti solida & efficaci armatura hoc modo paratos ad

instructos esse, quò possimus & ignita tela ac pravas pestiferasq; illorum aggressiones repellere ac profligare. Sed ó stolidos ac insentatos nos, qui cum necesse habeamus diuersari ac degere inter hostes adeò potentes, nempe daemones, nihilominus arma nostra contemnamus, desidas atq; sterientes ea ne aspiciere quidem, aut ipsorum meminisse sustineamus.

Et quid quaeso saturs illi presumtuosiq; sancti, Catechismi videlicet doctrinam respicientes ac longè abiectionem assimantes, quàm quæ quotidie legi ac disci debeat, aliud agunt, quàm quòd seiplos longè doctiores reputant Deo ipso, omnibus angelis, patriarchis, Apostolis, & omnibus Christianis? Nam cum non pudeat Deum ipsum hæc quotidie docere, & qui melius aut prestantius aliquid, quòd doceatur, non habeat, eademq; illa sapius steret atq; inculcet, noni verò ac alienum ab hac doctrina nihil sibi sumat, addo etiam, cum omnes sancti nihil nec melius nec utilius sciant, quòd discant, nec unquam ad plenum discere queant, an non scilicet egregij ac perbelli homines sumus, quòd cum semel hanc doctrinam vel legerimus vel audierimus, in eam persuasionem ventamus, quasi omnia sciamus, nec ulla amplius nobis opus selectione, adeoq; vna etiam hora illud perdiscere possimus, quòd nec ipse Deus perdocere potuit, idq; cum iam inde a condito mundo ad finem usq; illius idem hoc agat. Deniq; omnes Propheta ac sancti abunde semper habuerunt hinc, quòd discerent, nihilominus discipula perpetuo manserunt, & manere necesse habuerunt.

Nam illud sanè certum atq; indubitatum est, quòd qui Decem præcepta præbene norit ac perdidicerit, is totam etiam Scripturam sciat, & possit in quibuslibet negocijs & casibus, consilio, auxilio, consolatione præsto esse, discernere ac iudicare cunctis pariter & Ecclesiasticas controversas, siq; iudex omnium doctrinarum, ordinum, spirituum, iuris & aequitatis, ac quicquid in mundo esse possit. Et quid precor totus Psalmorum liber aliud, quàm

Contra contemtores
Catechismi

meras cogitationes exercitiâq; primi praecepti continet. Atqui persuasissimum habeo, huiusmodi ignavos Verberes ac presumptuosos spiritus ne vnicum quidem Placitum intelligere, ne dum totam scripturam. Et interim tamen ydem illi Catechismi traditionem contemnunt, qui totius scripturae quasi quoddam compendium esse brevemq; illius atq; summariam descriptionem continent.

Cognitio
decem praeceptorum
quanta sit
lux.

Quare nunc iterum omnes Christianos obsecro obsecroq; in primis vero parochos & concionatores, ne praematurè Doctores fieri velint, seq; omnia scire falso sibi persuadeant. Nam si falsis ponderibus atq; mensuris ista & vana persuasionibus multum decedit, cum ad iustum examen exigantur. Quis potius quotidie huiusmodi exerceantur, eademq; sedulo inculcent. Adhac omni cura ac diligentia caveant, ne detestanda contagione securitatis presumptionisq; corripiantur, sed in hoc praecipue incumbant, ut legendo, docendo, discendo, cogitando, & meditando omne tempus consumant, nec antea desistant, donec re ipsa compererint, ac certi fiant, quòd Satanam ad mortem perdidicerint, doctioresq; facti sint Deo & omnibus Angelis eius. Quòd si hanc diligentiam adhibuerint, sanctè ipsis promitto, ac re ipsa ydem etiam experientur, quòd magnum inde fructum sint consecuturi, & quòd excellentes viros Deus ex ipsis facturus sit, adeo ut ipsi etiam aliquando fateantur, quòd quò magis Catechismi doctrinam repetunt iterantq;, eo minus ipsam apprehendant ac sciant, sed necesse habeant perpetuò illam discere. Ex qua quidem re fiet, ut iustum veluti esurientibus & sitientibus placere ac sapere illud incipiat, cuius nunc praenimia saturitate ac fastidio ne olfactum quidem ferre sustinent. Quòd ut fiat, Deum precamur, quò gratiam nobis suam largiatur,

Amen.

BREVIS PRÆFATIO.

PRAESENTIS HUIUS OPUSCV-
li sermonem haud alio animo elaboravi-
mus, quam ut esset institutio puerorum
atq; simplicium. Hinc apud veteres lin-
gua Graeca Catechismus dictus est, qua
vox puerilem institutionem significat.

Hac vero cuius Christianorum necessario debet esse per-
specta & cognita, ita, ut si quis huius cognitionem non
habeat, in Christianorum numerum merito non sit refe-
rendus, neq; ad Sacramentorum participationem ad-
mittendus. Quemadmodum opifex qui spem manuum arti-
us, qui artis aut opificij sui rationem & usum non cal-
let, iure optimo reprobandus, & mensuri precij habende-
ndus.

Quapropter pueri articuli ad Catechismum seu pue-
rilem institutionem pertinentes, summo studio traden-
di sunt, inq; ipsis non segniter exercenda eorundem indu-
stria. Inde fidelis ac vigilantis patrifamilias officium
exigit, ut per hebdomadam ad minimum semel habito
examine liberorum ac familiae periculum faciat, ac au-
diens exacte perquirat, quid hisce de rebus intelligant
aut didicerint, quibus ignoratis, eosdem sero & graui-
ter eo, ut ista perdiscant, adigat. Probe enim comme-
mini, atq; adeo quotidie hoc ipsum usu venire videmus,
ut & que adeo tardo atque hebeti ingenio inueniantur
homines, sanq; natu grandiores, quibus hac de re nihil
profusus compertum fuit, aut etiam hodie teneant, quan-
quam nihil secus Sacramentorum nobiscum fiant par-
ticipes, omnibusq; illis utantur, quae peculiariter Chri-
stiani utenda data & instituta sunt, cum tamen ij, qui
Sacramentorum usum sibi vendicant, plus scire, neque
non ampliore Christianarum rerum intelligentia pradi-
ti atq; excelsi esse debeant; quam pueri aut nouitij scho-

Quo consi-
lio hac do-
ctrina tra-
dita.

Cognitio
Catechismi
quam ne-
cessaria.

Exerciti-
um docen-
di Cate-
chismus.

lastici:

laffiti. Caterùm nos pro inftituendo vulgo, hifce tri-
partibus contenti erimus, qua à prifcis vsq; fecula rece-
pta confuetudine in Chriftianifmo permanferunt, tamen
fi per pauca ex his rectè & ficerè tradita fint populo
donec in yfdem probè triti & exercitati euaserint, cum
senes, iunuenes, quicunq; Chriftiani effe aut
disci contendunt. Sunt autem ha, qua
fequuntur.



DECEM PRÆ- CEPTA.

I.

Non habebis Deos alienos coram me.

II.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, Quia non habebit Dominus Deus tuus infontem eam, qui assumerit nomen eius in vanum.

III.

Memento vt diem Sabbati sanctifices.

IIII.

Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.

V.

Non occides.

VI.

Non mœchaberis.

VII.

Non furtum facies.

VIII.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

IX.

Non concupisces domum proximi tui.

X.

Non desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

SE

SECUNDO, ARTICVLVS CHRISTIANAE FIDEL.

Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorē cœli & terræ. Et in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum qui conceptus est de Spiritu sancto, natus e Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: Inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem, & vitam æternam, Amen.

TERTIO, ORATIO, QUAM NOBIS CHRISTVS TRADIDIT IN EVANGELIO.

Pater noster, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo sic etiam in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in tentationem: sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum & potentia & gloria in secula seculorum, Amen.

HAEC sunt capita summè necessaria, quæ cuius Christianorum primò perdiscenda sunt, atq; ad verbum recitanda. Sunt autem ad hoc quotidie assuefaciendi pueri, vt quoties manè è stratis surrexerint, & ad capiendum cibum accesserint, & sub vesperam iterum dormitum ierint, memoriter recitent, neque ad cibum aut potum admittantur, nisi his omnibus antè diligenter recitatis. Non secus boni patrisfamilias officium herile exigit cum familia, nempe cum seruis & ancillis agere, neque quenquam in famulatio suo perferre, ista nescientem aut recusantem discere. Neq; enim vilo modo ferendū est, vt hominum aliquis vsq; adeò ferus sit & barbarus, qui hæc nolit discere, cū in hisce tribus partibus summam ac ruditer, & quoad eius fieri potuit, simplicissimè comprehesa sint omnia, quicquid passim in sacris literis lōgè lateq; tractamus. Etenim sancti Patres aut Apostoli (quicunq; tandem illi fuerint) huiusmodi compedio complexi sunt Christianorum doctrinam, vitam, artem, & sapientiam, qua de re loquantur & tractent, aut quid tandem id sit, quod exercent.

Perceptis itaq; diligenter hisce tribus articulis, deinceps consentaneum est etiam nosse, quid de Sacramentis nostris dicendum aut sentiendū sit, quæ Christus ipse instituit, nempe de Baptismo, & de Corpore & sanguine Iesu Christi. Cum primis verò refert scire verba Matthæi ac Marci postremis capitibus Euangeliorum relata, quemadmodum Christus ex hoc mundo discedens, vltimo munere suos affecerit discipulos, eosdemq; à se donatos dimiserit.

DE BAPTISMO.

Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

*Exercitium
Catechism.*

*Officium
patrisfamilias.*

*Autores
Catechism.*

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur.

Tantum ex scriptura sacra de Baptismo simplicem Christianum nosse sufficit. Similiter & de secundo Sacramento paucis & simplicibus verbis, nempe ex Pauli prima ad Corinthios Epistola capite II.

DE COENA DOMINI.

Dominus noster IESVS CHRISTVS, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, deditq; discipulis suis & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunque biberitis in meam commemorationem.

*Quinque
partes
Christiana
doctrina.*

Ita passim quinque partes esse videmus totius Christianæ doctrinæ, quas subinde exerceri, atq; ad verbum à pueris exigi & audiri oportet. Neq; enim est, quod speres, iuuenturè ex solis concionibus illa comprehensuram, aut sensibus & memoriæ reposituram. His ergo probè perspectis & cognitis, non incommode atq; intempestiuè aliquot etiam Psalmi & hymni in hoc formati & expositi, pponi possunt pueris, ut hęc priùs perceptis quasi roborentur & confirmentur: utq; hac ratione iuuentus scripturæ legendæ & exercendæ assuescat, ac quotidie maioribus incrementis aucta progrediatur. Sed non in hoc contenti esse debemus, ut

hæc tantùm verbotenus percipiantur ac recitentur, sed hoc etiã curæ tibi sit, vt iuuentus sedulò intersit concionibus, præsertim ijs temporibus, quæ exercendo Catechismo destinata suat, vt hæc exposita audiant & quid singula in se comprehendant, non oscitantes discant intelligere: aded vt promptè audita recitare calleant, & interrogati, scitè respondere queant, ne citra fructum ista pro concionibus doceantur. Eam enim ob rem nos hanc operam hoc diligentius sumimus, Catechismum subinde prædicantes, vt hæc iuuentuti diligenter inculcentur, nullò quidem orationis splendore aut apparatu rhetorico, neq; alto ingenij acumine, sed breuiter, & simplicissimè, vt hoc faciliùs & fideiùs dicta nostra percipiantur, & tenaciùs memoriæ infixæ hæreant. Quocirca supra memoratos articulos iam nunc singulatum tractandos in manus sumemus, atq; de ijs, quantum fieri poterit, & necessitas postulauerit, significantissimè verba faciemus.

P R Æ C E P T V M P R I M V M.

Non habebis Deos alienos coram me.

HOC est, me solum pro D E O tuo habebis ac coles. *Quid sit Deus.* Quid verò hisce verbis sibi vult, ac quomodo hoc intelligendum est? Quid est habere Deum? aut quid est Deus? *Quid sit Deus.* Responsio: Deus est & vocatur, de cuius bonitate, & potentia omnia bona certò tibi pollicearis, & ad quem quibuslibet aduersis rebus atque periculis ingruentibus confugas, vt D E V M habere nihil aliud sit, quàm illi ex toto corde fidere & credere, quemadmodum sæpenumero à me dictum est, quòd sola cordis fiducia D E V M pariter atque Idolum faciat & constituat. Quòd si fides & fiducia recta & sincera est, Deum

rectum habebis : contrà, si falsa fuerit & mendax fiducia, etiam Deum tuum falsum & mendacem esse necesse est. Siquidem hæc duo, fides & Deus, una copulanda sunt. Iam in quacunq; re animi tui fiduciam & cor fixum habueris, hæc haud dubiè Deus tuus est.

Sensus huius præcepti.

Quare huius præcepti sensus hic est, ut veram cordis fidem atq; fiduciam exigit, à vero & unico Deo non aberrantem, sed illi soli constanter adherentem : a idem planè vult dicere : Hoc vide cures, ut me solum Deum tuum esse statuas, nec omninò extra me alium quærere coneris, hoc est, quarumcunq; rerum inopiam laboraueris, easdem de mea munificentia tibi pollicearis, & apud me quæras, volo. Ac ubicunq; pressus infortunio aduersa pateris, ad me protinus opem imploraturus confugito. Ego, ego, inquam, adfluente omnium rerum copia te implebo vberimè, atq; etiam periclitantem ex omnibus malis eripiam. Tantùm hoc caue sedulò, ne cor tuum vlli alteri apponas, nec ab eo pendeas, nec in eo conquiescas.

Crassior explicatio.

Hoc aliquantò planius ac rudiùs explicandum est, ut exemplis sumtis à contrario, rectius intelligatur quid hæc sibi velint. Equidem permultos viderelicet existimantes sese & Deum & omnia abundè habere, quando diuitijs abundant & opibus, quibus confidendo adeò insolenter intumescunt, adeò constanter & securè his fruuntur, ut neminis rationem aut respectum vllum habeant. Ecce, ij quoque Deum habent, sed cuius nomen est Mammona, hoc est, opes & pecunia, cui totius cordis adherent fiducia, in quem omnem spei summam collocant, quiq; omnium communissimum in terris idolum est. Qui pecunia aut opibus largè instructus est, illere sua probè constabilita securum esse statuit, animo adeò læto atq; interrito, quasi in medio paradiso vitã agat omnium felicissimam. Contrà, qui opibus & pecunia caret, ille animi dubius est.

Mammonam pro Deo habere.

mnem spem abijcit, ac si nihil prorsus de vlllo Deo vel tantillum sibi constet. Etenim paucos admodum inuenias: qui sint bono animo, quiq; nihil tristestur aut conquerantur, si destituat eos Mammona. Hæc enim rer pecuniariæ cura atq; cupiditas, humanam naturam ad sepulchrum vsq; indiuisè comitatur.

Ita quoq; qui spei aut fiduciæ suæ summam in hoc fructum habet, quod cæteros ingenio, eruditione, sapientia, potentia, fauore, multorum amicitia ac dignitate anteat, ille quoque Deum habet, sed non verum illum cœlestem & vnicum Deum. Hoc inde iterum haud difficulter perspicitur, quàm confidenter, securè & insolenter hisce rebus abundantes agere soleant: rursus quàm desperanter, quàm abiectè & humiliter, quibus hæc aut non adsunt, aut aliquando casu fortuito subtrahuntur. Quare iterum dico, quod vera huius particulæ interpretatio, Deum habere nihil aliud sit, quàm habere aliquid, cui cor humanum per omnia fidere soleat.

AD HÆC considera quæso, quæ nos rerum portenta, sub Papatu, horrenda cæcitate percussi admiserimus. Dolebat alicui denticulus: ille protinus ob honorem diuæ Apolloniæ voluntario ieiunio carnem suam macerabat. Quod si in metu erat, ne fortè possessio sua aliquando conflagraret incendio: protinus in Laurentij clientelam ac patrocinium semet tradebat. Metuebat aliquis contagium pestilentia: illico nuncupatis votis profectionem ad S. Sebastianum, aut Rochium instituebat: Et id genus portenta atq; abominations innumerabiles, quibus fiebat, vt quisque peculiarem diuum sibi colendum eligeret, ad quem pressus necessitate preces fundebat, eurrebatq;e. Huc pertinet etiam illi, qui omnem modum hisce in rebus excedunt, ac cum Diabolo fœdus ineunt, vt eos ampliter ditet, aut amicarum compotes faciat, aut pecus

*Fiducia
non in Deo,
sed rebus
alijs.*

*Alieni Dij
in Papatu.*

à contagione seruet incolume, aut rem perditam restituat: cuius generis sunt incantatores, venefici, & magicarum artium periti. Hi enim omnes cordis infiduciam aliò collocant, quàm in verum Deum, de quo nihil boni sibi persuadent, neq; apud illum querunt quicquam boni.

*Fiducia
erga Deum
exigitur in
primo præcepto.*

Ad hunc modum iam haud obscure intelligis, quid & quantum hoc præcepto exigatur, nimirum totum cor hominis, omnisq; erga Deum, & neminem alium fiducia. Quo pacto enim Deus haberi possit, ipse perfacile æstimare potes, quòd neq; digitis apprehendi, nec in marsupium vt moneta condi, nec in cistam vt vasa argentea concludi possit. Ita verò dicitur haberi & apprehendi Deus, quando corde apprehenditur, eiq; soli hominis animus constanti atq; inconcussa adhæret fiducia. Cæterum corde illi adhærere, nihil aliud est, quàm eidem per omnia fidere. Eam ob rem ab omnibus alijs, quæ extra illum sunt, nos conatur diuellere atq; abstrahere, & ad se solum, cum vnicum illud & immortale bonum sit, attrahere. Quasi ad hunc modum diceret: Quidquid antehac è diuorum favore ac benevolentia tibi prouenturum pollicitus es, aut si quam in Mammona, aut alijs rebus spem atq; fiduciam reposuisti, omne illud iam tibi certa persuasione de me pollicere, meq; eum esse haud dubitanter existimes, qui tibi laboranti opem laturus sit, teq; omnibus rebus amplissimè florentem & abundantem facturus.

*Quæ ratio
colendi Se-
rum Deum.*

Ecce iam habes, quàm verus Dei honor sit, & cultus, gratus illi & acceptus, quemq; sub æternæ maledictionis pœna præstandum præcipit, nimirum, vt cor hominis nullam aliam consolationem, nullam aliam fiduciam sciat, quàm ipsum solum, neq; vilo pacto ab hoc se diuelli patiatur, sed potiùs de omnibus, quæ sub sole sunt, semel in periculum veniat, adeoq; ipsius vitæ citius iacturam faciat, quàm vt hunc Deum de-

ferat. Iam vicissim facile videbis ac iudicabis, quomodo mundus nihil aliud, quam falsum Dei cultū & idolatriam passim constituerit atque exerceat. Nulla enim vispiam fuit usque adeo effera & ferina hominum ratio, quæ non aliquem Dei cultum constituerit & seruauit. Omnes enim certatim eum Deum sibi commendandum delegerunt, ex quo aliquid emolumenti, opis atque solatii sperauerunt.

Inde videmus Gentiles, quorum prora ac puppijs (ut vulgato fertur prouerbio) in opulentia, dominatione, imperijs sira fuit, pro summo Deo cum primis coluisse suum Iouem. Porro alij, quorum scopus erant diuitiæ, tum prosper rerum successus, aut qui sectabantur voluptates & delicias, Herculem, Mercurium, Venerem, aliosque religiosè venerabantur. Mulieres verum ferentes Dianam seu Lucinam sibi pro numine vendicabant. Atque ita deinceps, quisque hunc sibi Deum venerandum proponebat, ad quem corde & animo ferebatur. Ita Gentilium quoque opinione Deum habere nihil aliud est, quam fidere & credere. In hoc tamen errant & falluntur, quod eorum fiducia falsa & mendax est: neque enim ad Deum verum recta tendit, aut ordinata est, extra quem pro certo constat, nullum alium Deum esse, neque in cælo, neque in terra. Quocirca gentes planè suam propriam & effictam persuasionem seu opinionem & somnium, quod de Deo conceperunt, pro idolo sibi met constituunt, spemque suam prorsus in merè nihilo habent repositam. Ea planè omnis Idolatriæ est ratio. Neque enim in hoc solum consistit, ut simulachrum aliquod erectum adoretur, sed in corde potissimum later, quod aliò intentum est, opem ac consolationem apud creaturas, diuos aut diabolos querens, Deum non curans, ac ne tantillum quidem benignitatis de illo sibi persuadens, quæ velit opitulari. Multò minus credit, Dei liberalitate & munificencia

*Gentium
multiplices
Dij.*

sibi contingere, quicquid bonarum rerum vspiam illi acciderit,

Falsus cultus Dei per operum merita, Missas &c.

Præter hæc alius adhuc superest falsus & erroneus Dei cultus, summam in sese complectens idolatriam, quam hæcenus strenuè exercuimus, & adhuc passim in mundo viget ac regnat, in quem omnes religiosorum ordines fundati sunt, quiq; solum attingit conscientiam, quæ auxilium, consolationem & salutem querit ex proprijs operibus, tantum sibi sumens, ve peruersè conetur & temerè, velit nolit Deus, in cælum perumpere, subducens secum rationem, quarum foundationum autor extiterit, quantum ieiunauerit, quot missarum myriadas lectitauerit, &c. spem suam in hoc reponens atq; ferociens, quasi nihil velit à Deo gratuito accipere, sed omnia suâ operâ ab ipso consequi, & abundanter promereri, non secus ac si Deus nobis cogatur obnoxius esse seruitio & debito, & nos illius elemus Domini. Quid hoc aliud est, quam ex Deo fuculneum simulachrum, aut pomarium (quod amant) Deum facere, ac semetipsum pro Deo æstimare, in quo eius locum iustificere? sed hæc acutiora sunt, quam quæ pueris ac teneræ ætati proponenda sint.

Quæ à Deo certa fiducia expectanda.

Cæterùm hoc dictum sit simplicioribus, quò huius præcepti sensum probè notent, ac retineant, vt Deo soli iudamus, de eodem optima quæq; nobis pollicemur & expectemus, tanquam de eo, qui nobis det corpus, donet vitam, largiatur victus alimentam, offundat annonam, tribuat membrorum valeradinem, præret defensionem, conciliet pacem, ac reliqua rerum temporalium & sempiternarum necessaria suppeditet. Adhæc, qui nos ab omnibus tueatur periculis & infortunio, & si quid aduersi nobis euenerit, à malis nocentius clementer seruet & potenter eripiat. Ita vt Deus (quæ admodum abundè dictum est) solus ille pro certo habendus sit, à cuius bonitate omnia consequimur.

tum cuius ope & opera ab omnibus malis eripimur. Atque hinc adeo est, ut mea fert opinio, quod nos Germani usque à maioribus nostris (præclarius profecto & pulchrius, quam vlla alia lingua) Deum (Gott) à bonitati vocabulo (Gut) sermone nobis vernaculo, vocamus, quippe, qui fons perennis sit, & perpetuo scaruriens, affluentissimis bonis exundans, & à quo omne, quicquid vspiam boni est & dicitur, emanat.

Nam quanquam alioqui multis bonis cumulemur & afficiamur ab hominibus, omnia tamen à Deo data & concessa dicuntur, quæcunq; eius iussu & ordine vnde de qua, percipimus. Maiores enim nostri, & omnes, qui in Magistratu sunt, ad hæc quilibet erga proximum suum, hoc in mandatis à Deo acceperunt, ut omnis generis officia nobis ostendant & exhibeant, adeo, ut hæc non ab illis, sed per illos à Deo peculiariter accipiamus. Siquidem creaturæ tantum manus sunt, canales, media, & organa, quorum opera & adminiculo Deus omnia largitur hominibus. Quemadmodum matri dat vbera lacte sæcunda, quibus infans lactandus & alendus est, & campo suam segetem, & omnia fructuum genera, quibus vescimur, quorum nullum vlla creatura proprio conatu aut studio creare potest aut prodacere. Quapropter nemo conari debet, ut vel aliquid accipiat vel det, nisi à Deo præceptum fuerit, ut pro Dei munere cognoscatur, illiq; pro sua munificentia, prout hoc præceptum exigit, agatur gratia. Quamobrem & hæc mediâ, videlicet per creaturas bona percipiendi, non sunt respuenda, neq; temeraria præsumptione aliarum rationes & viæ inuestigandæ, quam Deus præcipit. Hoc enim non esset à Deo accipere, sed à se ipso querere.

Iam quisq; apud se exactam curam habeat, ut hoc præceptum ante omnia magnificiat, neq; iocum esse existimet. Perquire & expiscare ipse cor tuum diligen-

*A Deo omnia bona
provenire.*

*Qui ex alio
quam ex
solo Deo*

pendet, ha-
bet Deos
alienos.

tei, & haud dubiè inuenies, num ex solo Deo pende-
nec ne. Quòd si eiusmodi tibi est animus, qui mera bo-
na de diuinà bonitate persuadere ac polliceri sibi po-
rest, præcipuè veò tempore necessitatis & inopia,
hæc, qui omnia potest contemnere, quicquid non
Deus, non est quòd dubites, te habere Deum alium
verum & vnicum. Contrà, si ex aliò quopiam pende-
de quo plus boni & opis sperat, quàm ab ipso Deo se
consecuturum, nec ad illum confugit, sed potius aufi-
git rebus minimè secundis: certum est, te à Deo verum
alienum esse, & idolum aliud habere.

Commina-
tiones &
promissio-
nes addita
primo præ-
cepto.

Vt autem videamus, Dei voluntatem non esse,
hoc suum præceptum floccipendatur, sed certò tra-
tuatur, ipsum grauissimè huius præcepti autoritate
tueri velle, huic ipsi præcepto primùm terribiles &
horrendas minas adiecit, ac deinceps amabiles & con-
solatorias pollicitationes apposuit, quæ quoq; multo-
ties repetendæ, & iumentati etiam atq; etiam incul-
candæ sunt, vt hæc in his sensibus reconditas tandem
memori mente repeant.

PRIMI PRÆCEPTI APPEN-
DICIS EXPOSITIO.

Quia ego sum Dominus Deus tuus, forti-
zelotes, visitans iniquitatem patrum in
filios in tertiam & quartam generationem
eorum, qui me oderunt, & faciens misericor-
diam in millia his, qui diligunt me, & custo-
diunt præcepta mea.

Commina-
tio.

Quanquam verò hæc verba cõmuniter ad omnia
præcepta referenda sunt (vt infra audiemus)
ea tamen huic præcepto, quod aliorum omnium
caput est, peculiariter adiecta sunt, propterea, quod
permagni admodum referat, hominem rectum habere

caput. Saluis enim rebus capitis, reliquam etiam vitam bene se habere necesse est, & contra. Tam verò ex his verbis perdisce, quàm implacabiliter Deus irascatur ijs, qui rei cuiuspiam extra ipsum confidunt: Et contra, quanta clementia & misericordia eos prosequatur, qui ei soli toto corde fidunt & credunt: adeò, vt iracundia sua nullum finem faciat scruendi in tertiam & quartam generationem, & rursus, vt sua clementia multis millibus benefacere non desinat: Ne tam securo ambulemus animo, nullam nostri aut harum rerum rationem habentes, quemadmodum impia illa, planeq; ferina corda cogitare consueuerunt, non ita multum referre, qua ratione vixerint. Eiusmodi Deus est, qui, si ab eo discèdatur, inultum id non patitur, neq; modum aut finem irascendi statuit, in quartam vsq; generationem, donec omnes funditus extirpentur. Quamobrem vult esse formidini, non contemtu aut ludibrio.

Hoc ipsum multis etiam historijs & illis memorabilibus abundè testatum fecit, cuius rei nobis passim Scriptura facit indicium, atq; etiamnum id ipsum in dies singulos quotidianis experimentis verissimum esse discimus. Siquidem iam inde ab initio omnem idolatriam funditus extirpauit, huiusq; gratia cum gentes, tum Iudæos, sicut adhuc hodie omnem falsum Dei cultum euertit, vt planè omnibus in ea permanentibus succumbendum sit. Quocirca, tametsi tam feroces & potentes inueniantur Sardanapali & Phalarides, qui ipsos Persas diuitijs superant, quibus securè freti parum curant, irascaturne an arrideat Deus, vt qui iram eius sustinere se posse confidant, tamen tandem perniciem non effugient, sed dicto citius & præter omnium expectationem cum tota sua pompa, cui fidebant perperam, pessum ibunt, velut omnes cæteros perijisse videmus, qui maiori freti potentia in vtramuis, quod a iunt, aurem dormiebant.

*Pœna non
seruantium
primum
preceptum.*

*Cur Deus
penas dif-
ferat.*

Et ob hos ipsos duros & præfractos homines, qui existimant, Deum, quia ad tempus conuiuet, eosque in curæ sua potentia frui permittit, vel ignarum plane existantiarum rerum, vel earum cura non affici, tanta necessitudine vitæ plectendi sæuitia, ut neque natorum natos obliuioni possit tradere, ut quisque hæc repetens animam tantam animi securitatem & contemptum emendet, & videat Deum non iocari. Nam illi ipsi sunt, quos patitur & perstringit, ita inquit: Qui me oderunt, hoc est qui propria freti fiducia insolenter intumescunt atque ferociunt, qui, quicquid pro concione illis dicatur, audire recusant, qui correpti, ut priusquam obruantur supplicio, flagitiosam vitam emendent, in furorem abiecti vertuntur, ut ita omnibus modis iram Dei congregiè promereantur. Quemadmodum hodie huius rei certissimum documentum in Episcopis & Principibus nostris experimur.

*Qui me o-
derunt.*

Promissio.

Porro autem, quando atrociores & terribiliores hæc sunt comminationes, tanto potentior est promissionis consolatio, nempe, quod Deus ijs, qui semet ei toto omni tradunt fiducia, misericordiam suam certo offerens fit, hoc est, omnis generis benefacta exhibiturus non tantum verò illis ipsis, sed ipsorum quoque natiua longa propagatione, in mille usque & iterum mille generationes. Hæc, inquam, commouere nos debent & impellere, ut totius cordis nostri cogitationem omni fiducia in Deum iactemus, postulantes, ut omnium rerum & temporalium & immortalium fiamus compositores quando summa maiestas Dei tanta tam benigne & clarumenter nobis offert, tam amanter prouocat, ad obedientiam pollicetur.

*Primum
præceptum
cum com-
minatione.*

Quare quisque Christianorum det operam, ut si hæc verba cordi sint, neque in eam opinionem veniat, existimet hæc dicta esse ab homine. Res tua agitur, mel enim hic de summa salutis tuæ periclitaberis,

aut perpetuò saluam, felicem & beatam vitam exigas, aut vt perpetuò damnatus Dei inclementia omnes calamitates & ærumnas ad inferos non dicendis cruciatibus torquendus exhaurias. Quid verò habebis amplius, aut plus etiã postulabis, quàm quòd tam amantertibi policeretur, nimirũ, se tuum esse velle cum omni rerum copia, se tui defensorem & auxiliatorem in aduersis futurum?

Sed, pro dolor, in hoc omnes fallimur, quòd mundus horum verborum nullum verum esse credit, neq; verba Dei esse existimat, videns eos, qui suam fiduciam in Deum, & non in Mammonam reiecerunt, omni miseriarum genere affectos vix vitam trahere, diabolo illis ipsis reluctante & obstante, vt nihil opum, nihil fauoris, nihil dignitatis vsquam consequantur, imò vitam ipsam agrè tueantur & obtineant. Contrà, illi, quorum summa spes atque fiducia est Mammon, ad amplissimos dignitatis gradus euecti in sublimi resident. imperio, potentia, fauore, dignitate & omni tranquillitate mundo venerandi atq; spectabiles. Eam ob rem talia verba memoriæ insigenda sunt, vt huic rerũ mundanarum larvæ atq; obtuitui opponantur: Neq; ignorandum est, hæc non posse mentiri aut fallere, sed esse & fore veracissima.

Iam verò paulisper retrouersa cogitatione repetetecum animo, aut alioqui perquire ab alijs, mihiq; responde, quidnam illi, quorum omnis conatus, studium, cura & diligentia tantum eò destinata fuere, vt immensas opes per fas atque nefas cumularent atq; reponerent, quidnam, inquam, illi tandem effecerint? Haud dubiè inuenies, eos omnem lusissè & laborem & operam. Aut quanquam inæstimandos thesauros multo sudore partos accumulauerint, ita tamen euanuisse eos ipsos vel cum puluisculo comperies, vt neq; ipsi ynquam ex tantis opibus vllam voluptatem percepe-

Et promissione insigenda animo.

Exempla eorum qui frustra opes congesterunt (suo & aliorum exitio.

int, neq; postea quidquam ad tertium hæredem
uenerit.

Harum rerum exempla abundè multa omnes
peditabunt historiæ, & hæc eadem à natu maioribus
multarum rerum peritis audies, tantùm vide, ut eade
dem curam & rationem non leuem habere digner

*Exemplum
Saulis.*

Pro certo sanè constat, Saulem regem fuisse ampli-
simum, ab ipso Deo in regni administrationem surri-
gatum, vitæ non improba, sed iam consecutus imp-
ratum, cum à Deo suo declinasset animo, omnemq; si-
am fiduciam in potentia, corona, ac sceptro suo colle-
catam haberet, succumbendum ac pereundum illi er-
funditus, vnà cum rebus omnibus, quas possederat
adeò ut neque liberorum suorum vllus superstes ma-
neret.

*Exemplum
Dauidis.*

Contra Dauid, infimæ fortunæ homo, erat abiectus
& pastor, fugatus & passim actus insectationibus, ut
biq; ferè de vita veniret in periculum, at amen à Saul
impetu & insidijs turò custodiebatur, inq; eius locum
rex creabatur. Oportebat enim hæc verba manere
vera fieri, posteaquam Deus mentiri nescit aut fallere
Tantùm vide, ne diabolus & mundus hac sua splend-
facie, quæ quidem ad tempus durat, sed profectò vani-
bra aut somnio vanior est atque incertior, tibi imponant.

Conclusio.

Quamobrem primi præcepti sensum exactè non intelli-
perdiscendum esse statuo, ut videamus, quàm De mere,
nullo modo vanam animi præsumtionem, aut falsissim-
erga aliam rem extra se fiduciam tolerare queat. Nomen
quidquam tantopere à nobis postulat, quàm certè aut al-
quandam & indubitatam omnium bonarum rerum
se persuasionem. Ita, ut recta via porò progredier-
rebus omnibus, quas Deus largiri nobis consue-
non aliter vtamur, atq; sutor quispiam acu, subula
loq; sutorio, ad conficiendum opus suum, quo con-

Et illa deponit. Aut quemadmodum hospites diuerso-
forio, vt de concessis opibus victum & amictum habe-
amus, prout diurni victus necessitas exegerit, quisq; in
suo statu, in quem diuina vocatione & ordine constitu-
tus est, nec quidquam rei nostrum Dominum aut ido-
lum esse permitramus. Et hæc de primo præcepto di-
cta sufficiant, quod verbis aliquantò superioribus expla-
nandum fuit, quando summa & caput totius pietatis
in eo vertatur, propterea quòd (vt prædictum) vbi cor-
di cum Deo bene conuenit, & hoc præceptum serua-
tum fuerit, cætera omnia aptè consequuntur.

PRÆCEPTVM II.

Non assumes nomen Domini Dei tui in
vanum.

Quemadmodum primo præcepto cor hominis
constitutum est, & fidei ratio tradita, ita hoc se-
cundum foras nos producit, osq; ac linguam er-
ga Deum fingit ac format. Primum enim quod natum
è corde ebullit, & progreditur, seque ostendit, sermo
est. Itaq; quemadmodum supra respondendum docui,
quid sit habere Deum, ita quoque huius & aliorum
præceptorum omnium intelligentiam simpliciter
comprehendas atq; pronuncies necesse est.

Interrogatus ergo, quomodo secundum præceptū
intelligis, aut quid significat, Nomen Dei in vanum su-
mere, siue eo abuti? Responde ad hunc modum pau-
cissimis. Hoc est diuino abuti nomine, quando Dei no-
men quacunque ratione ad confirmanda mendacia,
aut alia id genus vitia atque flagitia tuenda vsurpa-
mus. Hinc tantum valet huius præcepti constitutio,
ne Dei nomen falsò citemus, aut in os sumamus, quan-
do cor longè aliter sibi conscium est, aut rem aliter
habere non ignorat, aut omninò aliter scire debebat.
Veluti ijs persapè solet contingere, qui lites in foro

*Primum
præceptum
erudit cor,
secundum
os & lin-
guam.*

*Abusus no-
minis di-
uini.*

& cu-

& curia sectantur & iudicia, & altera pars aliquid
fidè abiurat alteri. Neq; enim alia ratione nomine
perinde abutimur, quàm si eo ad mentiendum &
lendum turpiter abutamur. Et hic huius præcepti
sus fit facilimus & simplicissimus.

*Quàm Sa-
rius & sus
diuini no-
minis.*

Ex his omnibus quibus facile colligere potest, quod
tius & quàm multariam diuino nomine abutuntur
homines, tametsi omnes abusus perstringere impos-
sibile sit. Vt tamen hæc paucis expediamus, nominis
diuini abusus omnium maximè in negocijs consistit
causis secularibus, illis nimirum, quæ ad rem pecun-
ariam, opes aut honores pertineat. Siue illud prop-
riam fiat in contentione forensi, siue alibi, vbi iuramentum
diuini nominis adducto testimonio, per iuramentum, a
ipsa anima oppignoratur periurio. Cum primum ve-
hoc vehementer locum habet in re connubiali, vbi de
furtim contracto inter se matrimonio, tandem cum
ad iudices ventum est, datam fidem abiurat alteri
teri.

Omnium verò maximè hic diuini nominis abusus
in rebus viget spiritualibus, quæ pertingunt conscien-
tiam, falsis doctoribus emergentibus, suamq; mendaciam
diuini verbi loco venditantibus.

Ecce omnibus hisce rationibus nihil aliud querunt
aut agunt homines, quàm vt semet diuini nominis
prætextu exornent perfidè, prauo quodam com-
muni esse contententes, siue illud in mundanis & ce-
lestialibus, siue in sublimioribus & sublimioribus
dei & doctrinæ negocijs fieri soleat. Iam in m-
tientium numerum etiam blasphematores refe-
di sunt, non illi quidem crassi & impudentes, vt
noti omnibus, qui nullius prohibiti metu aut reuer-
entia, nomen Dei ore prorsus illoto, blasphemò &
caci, subinde conspurcant & contaminant (quod
blasphema impietas non in nostra, sed carnificis li-

emendanda est) verum etiam illi, qui veritatem & verbum Dei pro palam contumeliose lacerant, ac Diaboli verbum impudenter & impie esse confirmant, de quibus in presentia amplius verba facienda non sunt.

Discamus itaque hoc loco, diligenterque volentes animo, quantum interfit hoc preceptum servare aut transgredi, ut omni studio, diligentiaque caueamus vitemusque omnem sacratissimi nominis Dei abusum & contumeliam, tanquam peccatum omnium maximum & pessimum, quod externe designari potest. Nam tamen mentiri & fallere per se satis grande sit flagitium: multo tamen gravius illud reddunt, & maiori etiam cumulant flagitio, conantes illud defendere periurio, ac turpiter mentiendo diuino nomine abutentes pro pretextu turpitudinis. Qua ratione fit, ut ex vnicuique mendacio periurij accessione cumulado, multiplicata pullulent mendacia.

Eam ob rem Deus huic quoque precepto suam comminationem annexit, cuius haec sunt verba: Nec enim habebit in fontem Dominus eum, qui assumerit nomen Domini Dei sui in vanum. Hoc est, nemo hoc impunè laturus est, sed poenas graues dabit blasphemiae. Quam enim inultum non patitur Deus, si quis cordis fiducia ab eo discedat: tam impunitum non sinet, si quis pro tuendis mendacijs falso usurpet nomen eius. Sed o Deum immortalem, quae tam execranda consuetudo diuinum nomen blasphemandi omnium hominum animos corripuit? Nam perinde pauci sunt, qui salutifero Dei nomine ad mendacia, vanitatem & omnem iniquitatem suam tuendam non abutuntur, quam illorum, qui solum ex animo Deo credunt fiduntque.

Siquidem illa praecleara virtus (si Christo placet) omnibus nobis natura insita est, ut is, qui aliquod admittit criminose flagitium, suam turpitudinem summa ope

*Quantum
referat hoc
preceptum
seruare.*

*Comminatio
addita
huic precepto.*

*Pretextu
nominis di-
uini tegi*

*plerunque
peccata.*

celare studeat, ne cuius oculis pateat, aut aliquis designati facinoris sibi sit conscius. Vsq; adeo enim insolutum, aut sui negligentem & deplorata malitia & bitror esse neminem, qui perpetrati flagitij seclatioram omnibus. Verum nemo non studet peccata clanculum & subdolè, priusquam palam fiat, aut resuscitent homines. Tum si quis eam ob rem inuadit aut insinuat facinoris, protinus nomen Dei patitur iniurijs, estq; obnoxium contumelijs. Hoc enim quicquid suæ culpæ prætextit, cogiturq; nomen illud omnibus modis venerandum è vitijs virtutes, ex ignominia gloriæ, è dedecore honores facere. Et hic est iam totius mundi communis quidam cursus, quo veluti quodam diluuiio omnes regiones orbis terrarum inundant. Hinc nostris meritis digna quoq; præmia capimus, & quod nostra blasphemia procacissimè quaerimus, hoc nobis plena manu offundatur, nempe pestilentia, motus bellici, annonæ caritas, incendia, aquarum inundationes, degeneres vxores & liberi, perfida familia, & id genus malorum examina innumerabilia. Vnde enim tantum calamitatum alioqui nobis eueniret? Adhuc bene magna gratia hæc est, quod terra nos ferat atq; nutriat.

Quamobrem summo studio inuentus eò perducenda est & assuefacienda sedulo, vt secundum hoc præceptum vnà cum primo reuerenter habeat, magniq; faciat, proq; transgressione protinus emendetur fertilibus, posito ante oculos præcepto, & subinde inculcato, vt ita pueri non tantum educantur disciplina & verberibus, sed Dei quoq; metu & reuerentia coercantur.

*Quid sit abuti
nomine
diuino.*

Iam ergo intelligis, quid sit abuti diuino nomine (vt breuiter decurram per capita) quando aut simpliciter pro tuendo mendacio abutimur, aut aliud quippiam, quod non est, sub diuini nominis prætextu molimur, quo alterum fraudulenter circumducimus, aut illud blasphemando, execrando, maledicendo,

incantando, ignominiosè usurpamus. Breuiter, quacunq;
ratione eius adminiculo perpetrari possunt flagitia.

Ad hæc scitu quoque opus est, quomodo Dei no-
mine rectè utamur. Hisce enim verbis, quibus præce-
pit: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum,
etiam illud intelligendum nobis proponit, Dei nomi-
ne nos etiam rectè & vtiliter vti posse. Non enim aliam
ob causam nobis reuelatū est, quam vt vtentibus sub-
inde sit fructuosum & vtile. Inde hoc vltro euincitur,
quòd cum hîc præcepto cautum sit, ne mentientes, aut
alioqui flagitiosè delinquentes, sanctum Dei nomen
prauè usurpemus, contra præceptum nobis esse arbi-
tremur, vt eo ad confirmandam veritatem, ac reliquas
actiones honestas utamur. Nempe, quando rectè iura-
mus, cum aut necessitas postulat, aut à nobis iusu-
randum exigitur. Ita quoq;, quando rectè & sincerè
docetur veritas Euangelij. Præterea, quando in neces-
sitatibus nomen Dei imploramus, aut idem rebus se-
cundis laudamus, & gratias agimus, &c. Quæ omnia
summatim comprehensa ac præcepta inueniuntur
Psal. 50. Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, &
glorificabis me. Omnibus hisce rationibus verè & sa-
lubriter diuino nomine utimur, atque ita eius nomen
sanctificatur, quemadmodum in oratione Dominica
precamur.

Ita totam huius præcepti summam habes explica-
tam. Ex hac intelligentia haud difficulter ad quæstio-
nem responderi potest, quæ multorum doctorum non
vulgariter torfit & conturbauit ingenia, quam obrem
in Euangelio nobis, ne iuremus, interdictum sit, cum
pro certo constet, Christum, Paulum, aliosq;, Sanctos
turasse sæpenumero? Estq; breuiter hæc sententia: E-
quidem nullo modo nobis ad mala iurandum est, hoc
est, ad mendacia, & vbi neq; vtile, neq; necesse est. Ve-
rùm ad bonum & proximi vtilitatem licet nobis

*Quomodo
rectè uti-
mur nomi-
ne Dei.*

*An Christi-
anis liceat
iurare.*

jurare. Est enim opus valde bonum, quo Deus laudatur, veritas & iustitia confirmatur, mendacium refellitur, homines dissidentes in concordiam rediguntur, obedientia exhibetur, & lites componuntur. Nam Deus ipse hic interuenit, segregans iustitiam ab iniustitia ac bonos malosq; disiungens. Quod si alterutra parte malitiose periurat, iam iudicij sententia pronunciat est, quod poenam & supplicium periurij non sit effugitura. Et si fieret, vt ad tempus supplicij irrogatio protraheretur, nihil tamen illi cadet ex sententia, ita quicquid periurio lucri fecerunt, sub manibus sensim euanescat, nec vnquam ea re ex animo lati fruantur.

Pœna periurij.

Hoc ipsam ego non obscuris argumentis in benenultis expertus sum, qui, posteaquam conubij fidem promissam abiurârunt, nunquam vel horulam iucundam habuerunt, aut saltem dieculam incolumi iuuentutis valetudine, atq; ita pariter & corpore & animo, bonis etiam amissis, calamitose perierunt.

Pueri arcedendi à mendacijs & periurijs.

Quapropter etiam atq; etiam hortor & moneo, vt maturè pueros properemus monitis detertere, & verberibus compescere, ne assuescant mendacijs, potissimum verò, ne ad hæc confirmanda Dei nomen tentent & adducant. Vbi enim ea iurandi licentia pueris impune permittitur, nulla spes amplius superest vllius bonæ frugis ab illis expectandæ. Quemadmodum hodie videmus, vt ego existimem, mundum nunquam fuisse deteriolem, & perditis moribus corruptiolem quàm nunc est, quando ne facies quidem vllius Reipublicæ benè institutæ, nullum obedientiæ & fidei amplius superest vestigium, verùm omnia deploratissimis hominibus, qui nullo modo frenari aut cohercescunt, & in quibus docendis & obiurgandis & oleum (quod aiunt) perijt & opera, omnia sunt refertissima. Quæ omnia diuinæ iræ & supplicij argumenta

sunt certissima, quo nos obruit propter procacem & temerariam huius præcepti transgressionem.

Secundò, vicissim eò allicendi & assuetiendi sunt pueri, vt Dei nomen reuerenter colant, & semper in ore habeant in omnibus, quicquid vsquam illis queat occurrere, aut accidere. Hic enim rectus nominis diuini cultus est, vt de eo omnem nobis omnium malorum leuationem & consolationem polliceamur, eamq; ob rem illum imploremus, ita vt cor prius (sicut supra diximus) per fidem Deo suum honorem tribuat, deinceps verò os honorifica confessione idem faciat.

*Ad quid
assueti-
endi.*

ATQVE hæc diuini nominis inuocandi consuetudo vehementer salutaris est & utilis, ac cum primis efficax aduersus diaboli insidias, quas semper nobis molitur improbus, omnes adoriendi & inuadendi occasiones venans & captans, quibus nos in peccatum & dedecus, in calamitates & ærumnas præcipitet. Sed perinuitus audit diuini nominis implorationem, neq; diu cunctatur aut cessat, vbicunq; ex animo sacratissimum Dei nomen inuocari perceperit. Et profectò multiplicibus & horrendis casibus atq; periculis sæpe numero ex improviso obrueremur, nisi Deus per nominis sui inuocationem, nobis in tempore ferret suppetias. Ipse proprijs experimentis hoc verissimum esse didici, non rarò improvisum & terribilem aliquem casum aut cladem, in ipsa nominis Dei inuocatione in melius fuisse commutatum, ac nihil damni dedisse. Vt Diabolo ægrè faceremus (inquam) hoc sacrum nomen semper in ore habendum esset, ne quemadmodum cupit, nocere nobis possit & incommodare.

*Inuocatio
nominis di-
uini.*

Eodem & conducit, si assuescamus quotidie nos & corpore & animo Deo commendare, inque eius tutelam ponere vxorem, liberos, familiam, & quidquid rerum possidemus, aduersus omnes casus & pericula.

*Quotidia-
na precati-
ones.*

Vnde etiã consecratio uentæ, & gratiarũ actio, alia nocturnæ & matutinæ benedictiones, in vsu permanserunt. Præterea puerorum illud exercitium, vt sese cruce vel precatiuncula muniant, audita re aliqua terribili & horribili, dicentes: Custodiat nos Deus Pater, Auxiliare Domine Iesu Christe, aut tale quippiam. In quoq; si cui præter spem aliquid boni cõtingerit, quantumcunque tandem sit, vt dicat: Deo sit laus & gratia, cuius munificentiã hoc mihi obtigit, &c. Quemadmodum quondã pueri, parentum monitu confluxerunt diuum Nicolaum & ieiunio honorare, & precibus inuocare. Hæc, inquam, si fierent, Deo multò effectura gratiora & acceptiora, quàm vlla vita monastica, aut fucata Carthusianorum sanctimonia.

Ratio educandi pueros in agnitione & timore Domini.

Ecce ad hunc modum iuuentus puerili quadam ratione, & per Iesum in timore & cultu Dei educari possit, vt Primum & Secundum præceptum assiduo quodam feruore in continuo versarentur exercitio. Inde alicuius bonæ frugis aut indolis, aliquando exorsura & immensum fructum paritura, spes esset, vt tales enascerentur homines, à quibus in totam patriam emanare posset utilitas. Et hæc ipsa quoque vera esset puerorum educandorum ratio, quando gratia quadam, & voluptate eorum animi flecti possunt. Nam qui tantum plagis & ferulis euincendi & cogendi sunt, hi motu sub initium deplorata ac desperata sunt indole, ac licet omnis diligentia, cura & opera in formandis ipsi adhibeatur, & quasi summum obtineatur, tamen tantisper tantum modo oderunt peccare, donec plagarum ac ferulæ formido eorum oculis & animo obuersatur.

Hæc verò educationis ratio, in corde agit radices, Deum plus metuant, quàm vt ferulam aut fustes perhorrescant. Atq; hæc iuuentutis causa tam simpliciter dico, vt vel tandem in animum penetrent, & radices agant. Nam cum pueros doceamus, cum

dem nobis quoque balbutiendum fuit. Ita quidem
 diuini nominis abusum præcauimus, & rectum vsum
 tradidimus, qui non tantum in verbis, verum multo
 magis in exercitio & vita debet consistere, vt sciamus
 hunc Deo summe placere, quem etiam tam munifice
 remuneraturus est, quam horrendè in abusum sui no-
 minis animaduersurus est.

PRÆCEPTVM III.

Memento, vt diem Sabbati sanctifices.

Sabbatum ab Hebraica dictione, Sabbath, nomina-
 tum est, quod proprie feriari, hoc est, a labore o-
 tiosum esse significat. Hinc dicere solemus, feriari
 seu vacare a labore, & Sabbatum sanctificare. Iam De-
 us in veteri testamento diem septimum elegit, eun-
 demq; ferijs & otio destinavit, & præ omnibus alijs
 sanctificandum præcepit. Eius itaq; externæ quietis
 gratia, Iudæis hoc præceptum constitutum est, vt ab ex-
 ternis & manuarijs operibus quiescentes, indulgerent
 otio, quo & homines & pecora, alterna quadam reque
 vires repararent, neq; assiduo labore debilitati ablu-
 merentur. Quanquam postea nimis arctè suas ferias
 colebant, ac vehementer ijs abutebantur aded, vt in
 Christo quoque ea opera damnarent & calumniaren-
 tur, quæ ipsi quoq; diebus festis faciebant, vt passim
 legitur in Euangelio. Quasi verò hæc esset huius præ-
 cepti perfecta completio, si nullum prorsus externum
 opus manibus conficeretur, cum tamen eius hæc nun-
 quam fuerit sententia, sed potius hæc, vt diem festum
 siue Sabbatum sanctificarent, quemadmodum in se-
 quentibus latius audituri sumus.

*Sabbatum
quid.*

Quamobrem hoc præceptum, quantum ad externum
 & crassum illum sensum attinet, ad nos Christianos nõ
 pertinet. Est enim externa quædam res, sicut omnes

*Externa
obserua-
tio Sab-*

*hanc non per-
tinet ad
Christia-
nos.*

*Cur Sab-
batum etiam
Christia-
nis seruan-
dum.*

*Observatio
dierum non
est necessa-
ria.*

*Sensus ho-
ius prae-
cepti.*

aliae veteris Testamenti constitutiones, certis quibusdam ritibus, personis, temporibus & locis destinatae, quae omnes iam per Christum liberae factae sunt.

Ceterum, ut hinc Christianum aliquem intellegere hauriamus pro simplicibus, quidnam Deus hoc praecipit a nobis exigat, ita habet: Nos dies festos celebrare, non propter intelligentes & eruditos; Christiano hi enim nihil opus habent feriis, verum primo etiam corporalis cuiusdam causae & necessitatis gratia, quae & natura docet & exigit, nimirum, communis multitudinis gratia, seruatorum, ancillarum, qui per totam hebdomadam laboribus seruiunt, ut & ipsi diem habeant, qua ab operibus respirantes, semet ex labore reficiant, & corpora fessa quiete firmare queant.

Deinde eam ob rem potissimum, ut die Sabbati, quando alias ei rei vacare non licet, otium & tempus sumatur cultui diuino seruiendi: ita, ut conueniamus ad audiendum & tractandum Dei verbum, ac deinceps Deum Hymnis, Psalmis, Canticis & precibus laudemus.

Sed hoc, inquam, apud nos non perinde certis temporibus, sicut apud Iudaeos alligatum est, ut ei rei hic aut ille dictus aut praestitutus sit: nullus enim dies altero est melior aut praestantior: verum haec quidem quotidie fieri debebant, sed quando multitudo praepedita negotijs interesse nequeat, ad minimum vnus aliquis dies per hebdomadam huic rei seruiendae eligendus est. Porro autem, cum a maioribus nostris ad hoc diei Dominica ordinata sit: non est immutanda temere haec innoxia veterum consuetudo iam recepta, ut vnus nimis & consentiens ordo consistat, ne quis sua necessaria inuolutione conturbet omnia.

Huius ergo praecipiti hic simplex sensus est, quando alias dies festos agimus, ut hasce ferias verbo Dei discendo destinemus, ita, ut earundem dierum proprium

mun

munus sit, officium concionandi, & hoc iuuentutis & multitudinis instituendæ gratia. Neq; tamen tam arctè & superstitiosè colantur feræ, vt earum gratia labores, qui vitari & intermitteri non possunt, interdiciantur.

Quare interrogatus, quid sit, Sabbatum sanctifices? Responde: Sabbatum sanctificare, idem est, quod Sabbatum sanctum habere. Quid ergo est, Sabbatum sanctum habere? Nihil aliud, quam sanctis verbis, operibus, & vitæ vacare. Siquidem hic dies pro se non opus habet sanctificatione, iam enim inde ab initio creationis à suo conditore sanctificatus est. Hoc autem Deus à te contendit, vt tibi sit sanctus. Ita fit, vt tui gratia sanctus aut prophanus reddatur, quatenus tu in eo sanctis aut prophanis operibus vacaueris. In quo ergò Sabbati sanctificatio fita est? Sanè profectò non in hoc, vt post fornacem compressis (quod aiunt) manibus sed eas, aut nullum externum opus opereris, aut corona florea caput cingas, aut vestitu splendidiore te exornes; sed, vt dictum est, verbum Dei tractes, inq; eodem emendata in melius vita, temet exerceas.

Et profectò nobis Christianis subinde tales agenda essent feræ, tantumq; sacris rebus vacandum & incumbendum, hoc est, quotidie verbum Dei exercendum, & in ore ac corde ferendum. Verùm, quia non omnibus, vt diximus, & tempus & ocium suppetit, certis aliquot per hebdomadam horis pro iuuentute, aut ad minimum die quopiam pro tota Ecclesia vtamur oportet, vt tantum huic rei intenti simus, neq; aliud, quam Decem præcepta, Symbolum fidei, & Orationem Dominicam exponendam & discendam proponamus, atq; ita totam hanc vitam nostram ad diuinorum verborum amissim & regulam instituamus. Quocunq; ergo tempore ista communi & vnanimi consensu tractantur & exercentur, ibi profectò rectum celebratur Sabbatum

*Quid sit,
Sabbatum
sanctifica-
re.*

*Quando
Sabbatum
rectè san-
tificetur.*

Sin non, neque Christianorum Sabbathum dicendum est. Quippe ferias & ocium agere nō dixerunt etiam illi qui à Christo omnīq; pietate sunt alienissimi. Quod admodum videmus, totum illud examen, & ociosam ac mollem turbam religiosorum nostrorum, qui quotidie in templis stantes cantillant & strenuè rinnuntioant & vociferantur, sed nullum sanctificant hæc strepore vociferatione & lupino illo vlulatu suo Sabbathum. Neq; enim vllum Dei verbum docent aut exerceant, sed planè diuersum & contrarium, & doctrina, & vita exprimunt.

*Verbum
Dei res
omnes san-
ctificat.*

Siquidem Dei verbum vnicum illud sacrum est, quo omnes res sacras longè lateq; sanctitate præcellit & exuperat, imò potius vnicum illud mysterium, quo omnes Christiani & scimus, & habemus. Nam tamen omnes omnium sanctorum reliquias & ossa in æcerum cumulata possideremus, aut in vniuersum omnes sacras vestes haberemus: nihil tamen inde emolumentum caperemus, aut sentiremus auxiliij. Sunt enim res mortuæ, neminem sanctificare valentes. Verum enim vero Dei verbum thesaurus ille & gaza est preciosissima, quæ omnia sanctificat, cuius adminiculo etiam ipsi sancti omnes sanctimoniam consecuti sunt. Iam quacumq; hora verbum Dei docetur, prædicatur, auditur, legitur, consideratur, aut repetitur memoria, ea huius tractatione audientis persona, dies & opus sanctificatur, non externi quidem operis gratia, sed propter verbum quo omnes nos sancti reddimur & efficimur. Quocirca nunquam non dico, omnem vitam & opera nostra, verbi Dei ductu & auspicio gubernari debere atq; institui, si volumus hæc Deo placere & sancta esse, quod si fit, constat huius præcepti feruere efficaciam & plenitudinem.

*in
re-
Sab-*

Contra, quæcumq; res aut opera extra Dei verbum feruntur & instituuntur, hæc coram Deo profana sunt

& im

& immunda, quamlibet tandem præclara & splendida, *batum pro-*
 etiam si meris sacris diuorum reliquijs essent exornata. *phanetur.*
 Cuius generis sunt ficti atq; excogitati religiosorum
 ordines, verbum Dei prorsus ignorantes, & sanctitatem
 ex proprijs operibus quæritantes. Quare ita habe, hu-
 ius præcepti vim atque virtutem non consistere in o-
 ciando, sed in sanctificando, ita, vt hic dies præcipu-
 tum aliquod sanctarum rerum exercitium habeat. Nam
 reliqui labores & exercitia propriè non dicuntur san-
 cta exercitia, nisi homo prius sanctus fuerit. Hic verò
 ea fieri debent opera, per quæ homo ipse sanctus fiat,
 id quod solum, vt dixi, verbo Dei fieri potest. Ad quod
 etiam fundata & constituta sunt certa loca, tempora,
 personæ, & totus externus Dei cultus, vt hæc propa-
 lam assiduo vsu exercitata ferueant.

Cum itaque tanti momenti sit verbum Dei, vt citra *Contemto-*
 huius tractationem nullas ferias sanctas esse certum *res Verbi*
 sit: scire debemus, Deum hoc præceptum seuerè at- *Dei pu-*
 que adeò seridè conseruari velle, suppliciumq; de his *niri*
 omnibus esse sumturum, quotquot verbum eius pro-
 tereuè contemnunt, aut audire & discere recusant, eo
 præsertim tempore, quod huic audiendo & discendo
 destinatum est.

Quare aduersus hoc præceptum peccant, non tan- *Peccata*
 tum ij, qui contumeliosis operibus abutuntur Sabba- *contrater-*
 to, idemque irreligiôsè profanant, vt illi, qui dediti a- *tissem præ-*
 uaritia, aut praua rapti libidine, verbum Dei non au- *ceptum.*
 diunt, aut in tabernis vinijs poculis ac gulæ indul-
 gentes, feriam, atque suillam vitam exigunt: verum
 etiam illi, qui perinde verbum Dei audiunt, tanquam
 fabulam quandam & commentum anile, tantum pro-
 more ac vsitata quadam consuetudine auditum acce-
 dunt, intrantes atq; exeuntes, iamq; anno elapso ne pi-
 lo doctiores aut meliores facti sit. Hactenus enim hæc
 apud homines aueterauit opinio, vt existimarent per

omnia satisfactum esse Sabbato, si die Dominico M^o ac Euangelium audiretur. Cæterum, verbum Dei nemo admodum requisit, quem admodum nemo quoque præstò fuit, qui illud sincerè docuisset. Iam verò posteaquam tanti thesauri facti sumus compotes, quæ maior aut amplior nullus reperiri potest, ab usum nequaquam tollimus, sed finimus quidem nobis multum prædicari, ac nos moneri sedulò, cæterum nulla grauitate, animiq; constantia & cura audimus.

*Verbum
Dei discendum.*

Scias itaque, non tantum referre, vt audias, verum multo magis etiam, vt auditum Dei verbum perdiscas & custodias. Neq; in eam venias opinionem, vt hæc tecum cogites, in tua voluntate situm esse, aut non ita multum referre, audias nec ne, sed præceptum Dei esse, qui aliquando audit à te verbi sui rationem tecum initurus est, quomodo illud didiceris, audieris, aut quam reuerenter habueris. Pari quoq; ratione oburgandi sunt illi delicati & fastidiosi spiritus, qui simul atq; vnam & alteram concionem audierunt, protinus saturi sunt, correptiq; nausea verbum fastidiunt, vt pote, qui ipsi illud probè calleant, nec egeant magistro aut doctore amplius. Hæc enim verbi Dei nausea & fastidium, ipsum illud peccatum est, quod inter mortalia peccata hætenus numeratum est, diciturque *anxia*, hoc est, socordia & tædium, odiosa profectò & damnosa pestis, qua Diabolus hoc tempore multorum perstringit pectora, vt nos oscitantes opprimat, ac verbum Dei iterum nobis clanculum subtrahat.

Propter diaboli insultum verbū assiduo discendum.

Hoc enim tibi prædictum sit, quanquam verbi diuini omnium esses scientissimus, omnesq; reliquos huiusmodi anteires cognitione & magisterio: quotidie tamen a Satanæ potestate & regno positus es, diu noctuq; non desinentis tibi machinari perniciem, vt in corde tua incredulitatem excitet, teq; malis cogitationibus aduersus priora & omnia præcepta incendat. Quan

omni

omnibus modis necessarium est, ut verbū Dei in promptu habeas, & quod dici solet, in numerato, hoc est, in corde, in ore, in auribus. Quiescente autem corde, nec verbo Dei personante, impressionem facit, ac prius, quam animaduertamus, damnum dedit. Contra, ea vis & virtus verbi est, ut, ubi seria quadam animi agitatione reuocatur in memoriam, aut auditur & tractatur, nunquam sine fructu eualescat, sed subinde noua quadam intelligentia, voluptate, ac deuotione auditorem afficiat, retineat ac excitet, pectusq; & cogitationes purificet. Neq; enim verba sunt putrida aut emortua, succo & vigore carentia, sed planè viua & efficacia. Ad hæc, si nulla alia utilitas aut necessitas ad crebrò & diligenter audiendum Dei verbum nos prouocaret, tamen hæc vna satis vehemens esse debebat, quæ meritò omnes nos excitaret, quòd verbi diuini tractatione dæmon fugatur & abigitur, & hoc præceptum impletur, Deoq; acceptius est sui verbi exercitium, quàm omnia alia splendida hypocritarum opera.

PRÆCEPTVM IV.

HAtenus tria priora præcepta didicimus, quæ erga Deum seruanda nobis tradita sunt. Primum, ut ei ex toto corde fidamus, eum per omnem vitam nostram metuamus & diligamus. Deinde, ut eius sancto nomine nequaquam ad mendacia, aut vllam aliam nequitiam tuendam abutamur, sed idem ad laudem Dei, ac utilitatem & salutem proximi, atq; etiam nostram vsurpemus. Tertio, ut diebus festis verbum Dei diligenter audiat & exerceatur, ut tota vita nostra ad eius gnomonem & regulam non discrepante amissi respondeat. Sequuntur nunc deinceps reliqua septem præcepta, quæ erga proximum nobis conseruanda sunt, quorum primum & summum hoc est:

*Repetitio
superio-
rum.*

Hono-

Honora patrem tuum & matrem tuam,
 sis longæuis super terram.

*Parentes
 non modo
 amandos,
 sed & ho-
 norandos.*

Honor.

*Parentes
 propter De-
 um hono-
 randos.*

Hunc parentum statum & ordinem Deus præcipit hoc ornauit elogio ante omnes alios, qui sub ipso sunt, status & ordines, vt non simpliciter præcipiat parentes esse amandos, sed honorandos. Nam erga fratres, sorores & proximū, in genere nihil amplius præcipit, quam amore prosequendos esse, ita, vt parentes ab omnibus alijs, qui in terra agunt, segreget, iuxtaq; se collocet. Est enim honor res amore multis modis iubilior, vt pote, quæ non tantum amorem in se complectatur, verum etiam singularem quandam modestiam, humilitatem & reuerentiam, quæ euidem quasi maiestati hinc occultè habenda sit. Neq; tantum exigit, vt amantur & cum honore parentes compellemus, sed omnium maximè, vt & corpore & animo ita nos geramus, exhibeamus, vt in existimatione magna apud nos sint, ac post Deum pro summis æ maximis inter homines intueamur. Cui enim non simulatè, sed ex animo honorem dare volumus, hunc profectò maximi precij hominem esse existimemus oportet.

Necessarium ergo est, vt pueris hoc identidè inculcetur, vt parentes suos Dei loco reuerentur, atque in honore habeant, itaq; secum animo cogitent, quod quanquã tenues, egent, imbecilles, deficientes & morosi sint, nihilominus parentes sint, ab ipso Deo sibi dari. Nam conditionis aut defectus gratiã debito honore priuati non sunt. Quare parentum personæ intueendæ non sunt, sed Dei voluntas consideranda, ita iubentis & ordinantis. Alioqui coram Deo omnes quidem patres sumus, sed nos inter nos hoc dispari & ordinato discrimine non possumus non discrepare. Quamobrem à Deo præceptum est, vt mihi tanquam tuo patri dicto sis audiens, egoq; imperium in te obtineam.

Disce ergo sub initium, quoniam honor parentibus *Quis honor*
habendus sit, hoc præcepto exactus, nimirum ut præ *parentibus*
omnibus rebus reuerenter habeantur, & tractentur *habendus.*
beneuolè veluti maximus & preciosissimus in terris
thesaurus.

Deinde, ut parem quoque in verbis humanitatem &
modestiam à nobis sentiant, ne acerbè eos inuadant li-
beri, ne e cum iisdem agant elatè & ferociter, sed illis
de suo iure non nihil concedant, & taceant, etiam si non-
nunquam modum excefferint.

Tertiò, ut idem quoque opere comprobent, hoc est,
amore & officijs corporis & fortunæ talem honorem
habeant, ut eos subleuent obsequio, iuuent munificè,
eorundem non difficilem curam habeant, ubi iam con-
senuerint, ac per atatem viribus destituti languescere
ceperint, aut ad egestatem redacti fuerint. Atque hæc
omnia humanitatis officia, non solum libenter & be-
neuolè decrepitis parentibus, sed cum omni etiam hu-
militate & reuerentia, tanquam coram Deo inspectan-
te fiant, præstanda sunt. Qui enim nouit, cuiusmodi
exultationem de parentibus in corde circumferre
debeat: ille non patietur, eos laborare penuria, aut fa-
me ac siti contabescere, sed eosdem supra, iuxtaque se
collocatos faciet discumbere, illisque de fortunulis suis,
quidquid habebit, non grauatè impertiet.

Deinde vide quæso, & attende animum, quàm ma-
gna & sancta opera hic liberis proposita sint, quorum,
proh dolor! nullus est respectus, sed quæ planè negli-
guntur, nec quisquam est, qui animaduertat, hæc à Deo
esse præcepta, aut Dei verbum esse & Scripturæ sacræ
documenta. Quod si enim alterutrum horum æstima-
tum esset ab hominibus: quiuis ex hoc facile poruisset
colligere, sanctos quoque oportere esse homines, qui
secundum horum verborum præscriptum viuerent.
Neque monasticam vitam instituire, aut religiosorum

*Sancti o-
pera libe-
rorum erga
parentes.*

*Opera à
Deo prae-
cepta omni-
um præstā-
tissima.*

peruersos ordines inuenire necesse fuisset: sed quia
puer in hoc præcepto mansisset, potuissetq; quiete
& saluam erga Deum obtinere conscientiam, ac die
re: Si mihi bona ac sancta facienda sunt opera, nullum
scio præstantius, quàm ut parentibus meis omnes
honorem & obedientiam exhibeam, quando Deus hoc
ipsum mihi faciendum tant opere præcepit. Quid quod
enim Deus præcepit, necessario multò debet esse ne-
bilis & præstantius, quàm omne illud, quicquid nos
ipsi comminiscimur. Et cum non sit alius adinuenien-
dum magister, cum sublimior, tum acutior: certum est
neq; doctrinam vllam esse potiorem, quàm cuius ipse
autor & magister extiterit. Iam quidem abundè, qui
faciendum sit, perdocet, si verè bona opera facere atq;
exercere cupimus, atque hoc ipso, quòd hæc faciendū
præcipit, satis indicat, sibi quoque eadem mirificè pro-
bari. Quòd si ergò Deus est, qui ista mandat fieri, non
aliquid præclarius nouit constituere, nulla spes est
hiscè meliora me inuenturum.

Ad hunc quidem modum probus puer docendus
erat, & salubriter educandus, ac domi in parentum ob-
sequio & obedientia iugiter retinendus, vnde specta-
tes cepissent voluptatem & gaudium. Verùm tanta ca-
ra ac diligentia diuinum præceptum non fuit com-
mendandum, sed posthabendum, planeq; dissimulan-
ter prætereundum, ita, vt puer ista animo cogitare non
potuerit, sed interim veluti hians lupus illud captum
quod ipsi vix vnquã consulto, aut semel salutato, qui
dicitur, Deo, commenti adinuenimus.

*Obedien-
tia libero-
rum erga
parentes
sanctum
opus.*

Quare aliquando tandem discamus obsecro, vt
uentus reliquis omnibus posthabitis, cum primis
hoc præceptum inconiuenienter intentos habeat o-
los, cupiens Deo seruire verè bonis operibus, vt faci-
quæ parentibus, aut his, quibus horum loco suble-
est, grata esse intellexerit. Quicumq; enim puer h-

comperta habet & facit: omnium primùm hanc ingentem in corde consolationem obrinet, vt plenus gaudio dicere, seq; verè iactare possit, aduersus omnes, qui proprijs & à se inuentis operibus occupati sunt: Ecce certus sum, hoc opus Deo meo acceptum esse. Sine verò illos cum suis multis, magnis, laboriosis, amaris & grauibus operibus, omnes ad vnum prodire in medium & iactare, videamus saltem, num vnum aliquod producturi sint, quod maius sit aut præclarus, quàm obedire parentibus, quod Deus post suæ maiestatis obedientiam primùm esse voluit, præcepitque. Ita, vt si Dei verbum & voluntas locum habet, & effecta fuerit, nihil quidquã valere debeat ampliùs, quàm parentum verbum & voluntas, Ita tamen, vt hæc quoque diuinæ obedientiæ subdita sit, neq; contra priora præcepta feratur.

Quapropter verè atque ex animo tibi triumphandum esset gaudio, Deoq; gratiæ agendæ, quòd te dignatus ad hoc elegerit, vt illi tam grata & preciosa faceres opera. Tantùm vide, vt hoc magni æstimes, quamuis apud homines videatur leuissimum & contemptissimum, & hoc non dignitatis nostræ gratia, quæ nulla est, sed quòd re omnium preciosissima, nempe Dei verbo comprehensum & conclusum sit. O quàm magno emerent omnes Carmelitæ, & Monachi & Moniales, vt in omni religione sua vel vnum opus possent producere, diuinorum præceptorum iussu factum, possentq; coram Deo alacri animo dicere: Iam quidem certus sum, hoc opus tibi bene placere. Vbi verò miserandi illi & ærumnosi manebunt homines, quando coram Deo & vniuerso mundo extremè confundentur, collati ad vnum aliquem puerum, qui hoc in præcepto vixerit, cogenturq; fateri, sese cum omni vitæ suæ ratione & operibus non dignos esse, qui illi vel matellam porrigant? Sed & iure hoc illis accidit, pro-

*Liberi
summa cū
latitia de-
bent obedi-
re parents-
ibus.*

pter peruersitatem diabolicam, quia Dei præcepta ita contumeliosè pessundant, vt semet in cassum vitæ excogitatis operibus excarnificatos discrucient, nihil adhæc præmij inde aliud, præterquam ignominiam vnà cum damno reportent.

Quomodo ergo cor hominis non gestiret gaudium aut lætitia diffunderet, quod labori se accingeret, faceretq; quod sibi demandatum esset, possetq; dicere Ecce hoc opus præstat ac potius est omnium Christianorum sanctimonia, etiamsi ad necem vsque seipso macerarent ieiunio, ac citrà intermissionem innoxigebis preculas ad Deum funderent? Hic enim certum habes diuini verbi testimonium, quod hæc faciendū mandauerit, cæterum de illis ne Iorà quidem videntur præceptum inuenitur. At deploranda hæc mundi plaga & horrenda cæcitas est, quod hæc omnia nemo credit: adeò diabolus simulata sanctitate & fucatis operibus nostros perstrinxit ac dementauit oculos.

*Obedientia
vinculum
in æcono-
mia mutu-
um.*

Quamobrem percuperem, (vt reperam) vt aperis oculis & auribus, seriò tandem ista corde complecteremur, ne aliquando iterum à puro Dei verbo abstraheremur, & ab alienati, in diabolica mendacia prolaberemur. Quinetiam hac ratione futurum prospicerem, vt parentes maiori gaudio, amore, amicitia & concordia fruerentur in ædibus, & liberi parentes haberent summa deuinctos beneuolentia. Contrà, vbi pertinaces sunt, nec citius, quàm fustibus adacti iussa capellunt: Deum simul & parentes exasperant, eoq; seipso tanto priuant thesauro, & gaudio conscientia, omneque malum & infortunium sibi cumulant. Atque hinc est quod ea iam per totum orbem est rerum conditio, quemadmodum nemo nõ cõqueritur, quod æque & senes & iuuenes sint efferi & effrenes, in quibus nullum aut reuerentia aut honoris vestigium vel scintilla conspicitur, nihil nisi verberibus euictum facientes, ut

clan-

clanculum, quidquid possunt, efficientes & subtrahentes. Eam ob rem Deus quoque punit eos, ut in omnem calamitatem prolapsi ærumnosæ vitam exigant. Ferè etiam videmus, ut ipsi parentes quoque nihil sciant, & omnium rerum ignari sint: ita fit, ut stultus stultum doceat, & quemadmodum parentes vixerunt, ad eum modum deinceps vivant & liberi.

Hoc, inquam, primum & maximum esse debebat, quod ad huius præcepti obseruantiam nos meritò provocaret, cuius gratia, etiam si parentibus destituere-mur, oprandū tantè nobis fuerat, ut nobis Deus truncos & saxa proponeret, quæ parentū vice coleremus, aut parentū appellatione dignaremur. Quantò magis, posteaquam viuos parentes nobis largitus est, lætitia nobis exultandum est, ut illis honorem habere, & obedientiæ obsequium ostendere queamus, non ignorantes, Deo optimo maximo, ac omnibus Angelis hoc summè placere, & diabolo ægrè esse. Ad hoc, maximū esse opus, quod ipsi facere possumus, post summum illum Dei cultum, in prioribus præceptis comprehensum, adeo ut eleemosynis iuuare egentes, neque non omnia reliqua opera, quæ proximo præstatur, huic nullo modo conferenda sint. Quippe Deus huic parentum ordini primas tribuit, eundemque in terris planè in suā sedem colendum euexit & extulit. Hæc quidem Dei voluntas & beneplacitum, sāt vehementibus & causis & stimulis nostram debebat impulisse negligentiam, ut cum quadam voluptate atque lubentia, quod officium nostrum postulat, faceremus.

Ad hæc, coram mundo quoque in hoc astringimur, ut acceptorum à parentibus beneficiorum memores, mutuam officij vicem rependamus, utque parentes ætate fessos vicissim alamus foueamusque. Sed hic rursus in mūdo dominatur diabolus, ut liberi parentū obliuiscantur: quemadmodū omnes nos Dei obliuiscimur,

*Summum
opus secundæ
tabulæ
obedienciæ
& honor
erigaparentes.*

*Quid liberi
parentibus ex iure
naturæ debeant.*

nec quisquam memoria repetit, qua sedulitate Deo nos alit, custodiat ac defendat, tum quanta bonorum copia corporis & animi nos cumulet & obruat. Præcipue verò, quando horulam paulò infeliciorem vix ostendentem se aduersitate sustinemus, protinus malorum impatientes, in iram prorumpimus ac murmuramus, deq; tot immensis bonis per omnem vitam à Deo acceptis, nullum vel tantillum in memoria nostra residet amplius, sed prorsus expuncta omnia oblivioni mandata sunt. Non secus quoq; cum parentibus agimus, nec vllus puer est, qui difficultatem, quam parentes in nutricando & fouendo eo multifariam perpessi sunt, agnoscat aut perpendat, nisi hoc à Spiritu sancto acceperit gratiæ.

Eiusmodi vitiosam mundi naturam & ingratitude nem Deus probè compertam habet, quare præceptis nos subinde impellit & admonet, vt quisque animo secum repetat, quantum bonorum à parentibus acceperit, & inueniet, se ab iisdem & corpus & vitæ initium accepisse, atq; item multo sudore & cura enutritum & educatum esse, vbi aliàs vel sexcenties in proprijs sordibus sibi pereundum fuisset. Quocirca præclare & sapienter à veteribus dictum est: Deo, parentibus, & magistris, non potest satis gratiæ rependi. Quicumq; horum verborum rectè memor fuerit, non expectabit aliorum commonefactiones, vt erga parentes gratus appareat, sed sua sponte properabit eosdem & omnino honore cumulare, & in sinu (quod aiunt) gestare, vt eos, quorum opera Deus illi omnium bonorum copiam pleno cornu affuderit.

*Promissio
addita huic
præcepto.*

Super hæc omnia, ad huius præcepti conseruationem, vel hæc causa potissimum nos prouocasse debet, quòd Deus huic præcepto corporalium bonorum promissionem annectit, inquiens: Vt sis longæuius super terram, quam Dominus Deus tuus tibi dabit.

Hic

Hic ipse æstima, quanta seueritate hoc præceptum Deo cordi sit, non solum apertè indicanti illud sibi gratum esse, aut gaudio ac voluptati, verùm nobis etiam ipsis casurum esse felicissimè, ac non nisi in optimam partem euenturum, vt vitam tranquillam atque suauem exigamus omnibus rebus in terris adfluentes. Hinc ipse quoq; Paulus ad Ephesios sexto, hoc ipsum citans pleno ore iactat, vbi inquit: Filij, obedite parentibus in Domino, hoc enim iustum est, Honora patrem tuam & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, vt bene tibi sit, & sis longæuus super terram. Nam tametsi & alijs præceptis sua inclusa sit promissio: nulli tamen adeò significanter & expressè, quam huic adiecta est.

Habes itaq; huius præcepti fructum & præmium, vt ille, qui hoc transgressus non fuerit, dies felices exigat, nulla pressus inopia: Contrà quoque pœnam, vt ille, qui parentibus dicto non erit audiens, hoc citius intereat, nec vnquam sua vita cum voluptate fruatur. Esse enim aut fieri longæuum, non tantum ad decrepitam vsque ætatem viuere Scriptura nominat, sed omnia habere affatim, quæ ad longæuam vitam traducendam pertinent, vt est prospera valetudo corporis, vxor & liberi, victus non tenuis aut sordidus, externa rerum pax, bona & æquabilis Reipublicæ administratio, & huiusmodi, sine quibus hæc vita neq; iucundè peragi, neq; diu consistere potest. Iam ergò si grauaris auscultare parentibus, & ab iisdem emendari recusas: esto dicto audiens carnifici. Quòd si neq; huic obedire sustines: obedito *θανάτω πανδαμάτορι, τῶν ἡγμένων παιδῶν διδασκάλῳ*. Hoc enim Deus, velis nolis exigit, vt aut, si ipsi auscultaueris, morem q; gesseris, tibi largiter & affatim omnibus bonis penset præstiti obsequij promittitudinem: aut si eius iracundiam tua

Fructum & præmium huius præcepti seruat.

*Vnde tot fa-
cinorosi ho-
mines.*

pertinacia exasperaueris, te & morti & carnifici erudiendum obijciat.

Vnde etiam agminatim pullulant & emergunt quotidie tot facinorosorum hominum examina, quæ partim laqueo, partim gladio, partim etiam rota & igni plectenda & extinguenda sunt, quam ex inobedientia erga parentes? Quandoquidem parentum obiurgationem, ex gratia & amore profectam, perferre nolunt, sed ut Dei iracundia in omne facinus prolapsi, deinceps pro palam excarnificari parentibus & dolori sint & de decori. Perrarò enim cõtingit, ut tam perditis & deplorati homines, rectam aut maturam mortem oppetant. Cæterum probi & obediètes benedictione accipiunt, ut in multa tranquillitate bellè & molliter cõsuecant, ac natos natorum (ut supra dictum est) videant, in tertiam & quartam generationem usq; procreatos.

Exempla.

Hoc ipsum experimentis quoq; discimus, ut, ubi honestæ & vetustæ sunt familiæ, diuitijs & liberorum numerosa sobole abundantes, procul dubio inde incrementum longa quadã propagatione acceperint, quod illorum aliquot sanctè educati fuerint, suisq; maioribus reuerenter auscultauerint. Rursum de impijs in sacris literis memoriæ proditum legimus, Psal. 109. Nepotes eius eradicabuntur, in generatione altera deleatur nomen eorum. Sit ergo tibi semel atq; adeò dictum sermò, quanti Deus faciat obedientiam, cum illi tantum tribuat, tantum ea delectetur, ut eius obedientiam amplissimis præmijs remuneret, & rursus transgressores acerbè & immisericorditer puniat. Hæc omnia eò à me dicuntur, ut ista pueris sedulo inculcentur. Nemo enim facilè credit, quàm necessarium sit illud præceptum, hætenus tamen in Papatu nõ magnè estimatum, ac ne traditum quidè vnquã. Sunt quidè verba vulgaria & facilia, quæ nemo nõ antè sibi probè cognita esse existimat, & hæc ipsa causa est, cur tantop

negligantur, adeo, vt ad alia nimium curiosè intenti simus, ignorantes interim neq; credentes, tam accendi & prouocari iram DEI huius præcepti contemptu & negligentia nostra, & vicissim obedientia eius præcepti tam præclara & grata opera illi præstari.

In huius præcepti explanatione, neq; illud tacitum aut silentio prætereundum est, quod ad multiplicem obedientiam superiorum attinet, nempe eorum, qui versantur in imperio, & Reipublicæ procuracionem sustinent. Siquidem è parentum potestate omnes alie propagantur & manant. Vbi enim parens aliquis filium rebellem & dyscolum solus educare nequit: magistrum adiutorem sibi adhibet, qui literis ac disciplinis liberalibus, pueri ferociam molliat ac mitiget. Quod si huius quoq; opera ad retundendam ferocientis ingenij barbariem, parum fuerit efficax aut valida: adiungit sibi vicini auxilium. Quod si diem suum obierit: commendat ac tradit filium educandum Magistratibus, aut tutoribus ad hoc constitutis.

Ad hæc, ad rei familiaris administrationem seruis quoque & ancillis opus est, ita, vt omnes, quotquot Domini appellatione censentur, vice parentum sint, ab eisdemq; potestatem ac vim regnandi accipiant. Vnde quoque secundum Scripturam omnes dicuntur Patres, vt pote, qui in sua gubernatione officium patris obire, ergaq; subditos patris animum inducere debeant. Quemadmodum & olim apud Romanos, & alios plerolq; populos, heros herasq;, patres & matres familias nominabant. Ita quoq; suos magistratus & principes dixerunt Patres patriæ, nobis Christianis in dedecus & ignominiam, quod non eadem appellatione parentes & principes nostros dignamur, aut ad minimum eos pro talibus honoratos existimamus.

Iam quæcunq; liberi parentibus suis debent, eadem planè debent illis omnes, qui in œconomia versantur.

*Obedientia
erga magi-
stratum.*

*Obedientia
erga domi-
nos.*

*Obedientia
in œcono-
mia.*

Quapropter & serui, & ancillæ etiam atq; etiã opera dare debent, vt non solùm dominis ac dominabus suis libenter pareant, morem gerentes & obtemperantes verùm etiam veluti parentes suos honestent honoribus, non quidem coactè & inuito animo, sed promtè & cum gaudio. Et hoc propter priorem causam, quod Deus honorandos eos & colendos præcepit, hæcque obedientia præ omnibus alijs operibus in primis delectatur. Cuius rei gratia vel ipsi precium impendere planeque gestire gaudio debebant, si heros & heras consequantur, tamq; pacata & hilari conscientia fruantur, & sciant, quomodo verè aurea opera præstare queant; quæ hæcenus prorsus rubigine & lualore obscurata, & contempta ignorauimus, pro quibus faciendo nemo non impulsu diaboli, aut in monasticæ vitæ lernam sceleratissimam semet præcipitavit, aut ad diuos mercatum indulgentiarum decipulas abiit, magna iactura & temporis, & nummorum, & conscientie.

Opera economica.

Hæc ergo, quemadmodum dicta sunt, si misero vulgo iterum atq; iterum inculcarentur, qui fieri possit, vt famula non exiliret gaudio, Deo gratias ageret, eumq; celebraret, & mediocri labore, pro quo aliàs victum & mercedem accipit, eiusmodi thesaurum consequeretur, cuius illi, quos sanctissimos esse putamus, nunquam facti sunt participes? Nonne verò hæc insignis & præclara est iactantia, nosse & posse dicere, te, si quotidie diurni laboris pensum diligenter absolueris, opus fecisse sanctius ac melius, quàm omnium monachorum sanctitas ac vita est, quam durè & laboriosè exigunt. Ad hæc annexam habes promissionem, prosperè & feliciter id tibi casurum esse. Qua ratione vis esse beatior, aut sanctiorem vitam agere, quantum ad opera attinet? Nam apud Deum sola fides verè iustificat, ei que soli seruit, opera verò hominibus. Itaque fit, vt nihil non boni, protectionis & defensionis sal-

Domini

Domino tuo habeas: ad hæc pacatam conscientiam & fauentem Deum obtineas, qui multis seruitij tui rationem tibi pensaturus est. Quid multis moror? palam beatus es, dum modò probitatis & obedientiæ virtutem constanter retineas. Sin minus: primùm quidem non nisi iram à Deo lucrifacis & inimicitias, postea amissa cordis tranquillitate, omnes plagas incurris & infortunia. Quem ergo ista non mouebunt & probum facient, hunc tanquam deploratæ vitæ hominem carnifici commendamus & morti. Quare quilibet, qui moneri se patitur, cogitet, Deum hoc suo præcepto non ludos facere, aut iocos exercere, sciasq; illū ipsum hæc tecum loqui, & obedientiam requirere. Quòd si illi morem gesseris, placebis ei, eiusq; dilectus filius eris. Sin verò contemseris, age, & dedecus, ærumnas & dolores præmij loco tibi habeto.

Similiter quoque dicendum est de obedientia, quæ debetur magistratibus, quæ, vt diximus, & ipsa in parentum ordinem pertinet, & huc referenda est, omnium maximè longè lateq; patens. Neque enim hîc saltem vnius familiæ parens est; sed toties pater princeps existimandus est, quotquot ciues aut subditos suæ ditioni subiectos habuerit. Quippe Deus non secus per illos quàm parentes nos alit ac sustinet, illorum opera victum nobis præstans, penates, tutelam, pacem atque securitatem. Quamobrem cum nomen & titulum illum, vt summum decus & gloriam suam, meritò & dignissimè gestent: vicissim & nos debemus eos, vt digni sunt, omni honore ostenso, magnificere, vt thesaurum in terris omnium preciosissimum.

Iam qui hîc prompto ac lubenti animo obsequitur, neque grauatim ea, quæ ad exhibendum honorem attingunt, exequitur: is scit, se rem Deo gratam facere, præmijq; loco gaudium ac felicitatem se consecuturum. Quòd si grauatur facere, aut magistratus etiam

*Obediencia
in politia.*

*Opera po-
litica.*

Pena.

contemnit, aut concitato tumultu rebellat: rursum quoque ille sciat, nullius gratiae aut benedictionis divinae unquam sese futurum compotem, sed ab his omnibus excidisse planissime. Et ubi sperat hac sua inobedientia aureum se lucraturum, alibi in decuplo graviore iacturam faciet, aut in carnificis manus incidet, aut vel bello, vel peste, vel fame peribit, aut liberos suos de generibus, omnique vitiorum genere coopertos videbit a familia, vicinis, hostibus, fisco, & tyrannis certatim compilabitur, damnum accipiet, & per iniuriam opprimetur: ut ita dignum ad nos redeat premium, id quod per inobedientiam & quaerimus, & meremur.

*Vnde tot calamitates**& miseria.*

Proinde, si persuaderi saltem id nobis aliquando poteremur, ut crederemus, in tantum haec opera placere Deo; tamquam amplum premium propositum sibi habere: equidem in exuberantissima omnium rerum copia felicissimam vitam degeremus, omnia, quaecumque humanus animus concupiscit, possidentes. Quia vero tam leuiter, & ne unius quidem assis Dei verbum & preceptum aestimare solemus, quasi Cares quispiam aut Thersis homuncio illud dixisset sanxissetque; videris quoque num tu is vir sis, qui aequo Marte cum illo posse in aeternam descendere. Quam vero difficile factu hoc illi erit, ut te persolvens, tuam contundat ferociam. Quare multo quidem mihi videretur consultius & praetibilibius, magisque in rem tuam foret, ut potius in Dei favore, pace ac gratia, neque non felici rerum successu frueres, quam eodem tibi hostiliter aduersante, & inimico existente. Undenam putas uniuersum iam orbem refertum esse perfidia, malitia, sceleribus, rapina, crudelitate, periurijs, latrocinio, omnique genere calamitatum atque dedecoris, quam quod nemo alieni imperij iugum ferre sustinet? quod quisque liber, quisque sui iuris, & *αὐτόνομος* esse conatur, neminemque reuerentiam metuere, sed quodcumque animo suo visum aut

tum est, facere vult. Inde fit, vt Deus latronem latrone puniat, vt vbi domino tuo fraudulenter imposueris, aut eundem superbè spreueris, alius veniat, qui eadem mensura tibi remetatur: imò & in proprijs laboribus ab vxore, liberis & familia, decuplo plus perferre cogaris.

Sentimus equidem haud obscure nostrum infortunium, murmurantes & conquerentes de perfidia, vi, iniuria: sed interim clausis oculis egregiè dissimulamus, nos ipsos intus & in cute nebulous esse perditissimos, qui pœnam hanc amplissimè meriti sumus, nec tamen vel tantillum vita in melius commutata, resipiscere animimum inducamus. Nullum locum gratiæ & felicitati apud nos reliquum facimus: iure ergo optimo non nisi infortunium & acerbiter, omni sublata misericordia, persentilimus. Et profectò reor, adhuc in humanis esse alicubi pios ac probos homines, cum tantum boni adhuc Deus nobis tribuere soleat, nam nostri gratia ne teruntium quidem in ædibus, aut stipulam in aruis retinere debebamus. Hæc omnia eam ob rem mihi percensenda fuere verbosius, si semel quispiam ista, vel tandè emollitus corde conciperet, vt a miseranda ista cæcitate & calamitate, in qua tam profundè immergi iacimus, liberaremur, Dei verbum ac voluntatem cognoscentes, ac deniq; ferò arripientes. Ex hoc enim disceremus, quo pacto, gaudio, prosperitate & salute, hic & in futuro seculo frui possemus.

Ita triplices in hoc præcepto Patres nobis præstitutos esse videmus. Primum quidem sanguinis, Deinde præfidentes in ædibus, Vltimò, quibus partes gubernandæ Reipub. commendatæ sunt. Præter hos supersunt adhuc patres spirituales, non illi quidem, qui hæcenus in Papatu hoc nominis sibi falso arrogarunt, neque tamen vllum patris officium suat executi.

*Triplices
patres.*

III

Illi enim soli spirituales patres dici merentur, qui verbo Dei nos pascunt, regunt ac docent, & fideliter præ sunt gregi. Quo nomine S. Paulus se patrem iactat scribens Corinthijs, 1. Corinth. 4. In Christo Iesu per Euangelium vos genui. Cum ergo patres eos esse constet: & his honor præ omnibus alijs deferendus est. Verum enim verò hic omnium minimè cernitur. Ad hunc enim modum à mundo honorandi & honestandi sunt, vt passim eiectione oppidis agantur in exilium, & frustra quidem panis pascantur citra inuidiam, & summa, huius mundi purgamenta, vt Paulus eodem capite loquitur, & peripsemata omnium esse cogantur.

Qui honor ministris Verbi habendus.

Veruntamen valde necessarium est, vt hæc quoque summa diligentia vulgo inculcentur, eos, qui Christiani esse contendunt, coram Deo debere pro officio, vt duplici honore illos afficiant, qui eorum animarum curam gerunt, vt eosdem vicissim alant ac foueant: ad quod iterum Deus abundè suppeditabit, vt nulla premaris inopia. Sed hic rursus nemo non pertinacissimè tenax est, metuens, ne forte venter fame effractus contabescat. Nec vnum iam valemus doctum, probum atque fidelem concionatorem alere, vbi ante decem cucullatos porcos, aut aleatores sacrificos tantum abdomini seruietes, opiparè saginauimus. Qua ratione etiam promeremur, vt suo verbo & benedictione Deus nos iterum tantæ ingratitude gratia priuet atque defraudet, sinatq; iterum mendaciorum doctores exoriri, qui suis imposturis recta ad Orcum nuducunt, neque non sudorem & sanguinem nostrum deuorent.

Pramia honoranti-um ministris Verbi

Cæterum, qui Dei voluntatem & præceptum reuerentur, eam promissionem acceperunt, fore, vt illis a fatum pensetur, quicquid in aliendis cum corporalibus tum spiritualibus patribus insumserint, & ad amplius

candor

candum ipsorum honorem præstiterint: non quòd per
 vnus tantum anni spacium abundè habituri sint vi-
 ctum, vestitum, & aliquantulum pecuniæ possessuri:
 sed quòd longæui futuri sint, comœtu instructi splē-
 dido, pacis tranquillitate fruituri, breuiter, perpetuò
 diuites ac beati. Quare etiam atq; etiam cura, vt, quod
 officium tuum exigit, promptè facias, omnemq; curam
 in Deum reijeas, quomodo te aliturus sit, aut omni
 copia instructurus. Quod si promisit, nec vnquam cui-
 quam mendax aut deceptor inuentus est: nec tibi
 mentietur.

Hæc, inquam, nos prouocare debebant, ac talem a-
 nimum facere, qui se omnium amantissimè effunderet
 erga eos, quibus honorem debemus, ita, vt supinis ma-
 nibus gaudentes Deo gratias ageremus, qui eiusmodi
 promissiones nobis tribuit, quarum gratia, ad extre-
 mos Indos impigerrimè cursitare debebamus. Nam
 tametsi totus mundus omnes suas vires conferret: ne
 horulam quidem ad summam vitæ nostræ posset adij-
 cere, aut vnicum saltè granum è terra producere.
 Deus hæc omnia & vult & potest tibi superabundan-
 ter & plena (quod aiunt) manu præstare, ex animi tui
 voto atq; sententia. Iam qui talia negligit, aut ventis &
 auræ discerpenda permittit: ille indignior est, quàm vt
 vllum Dei verbum audiat.

Hæc velut auctarij loco ijs, qui huic præcepto sub-
 iecti sunt, diximus. Ad hæc parentes quoque docendi
 essent, quænam illorum sint partes & officia, quomo-
 do se gerere debeant erga eos, quos gubernandos &
 tuendos susceperunt. Quæ res etsi dilucidè in Deca-
 logo expressa non est: multis tamen alijs in locis Scri-
 pturæ abundè præcepta inuenitur ac tradita. Deus
 quoq; hoc ipso præcepto hæc vult subintelligi, vbi pa-
 rentum mentionem facit. Neq; enim eius voluntas est,

vt aut

*De officio
 parentum
 & superio-
 rum erga
 liberos, &
 inferiores.*

vt aut perditæ nebulones, aut enormes tyranni huius officij procuracionem obeant: neq; in hoc illis ipse honorem tribuit, hoc est, potentiam & ius regendi, se precibus tanquam numen aliquod adorari patitur: sed cogitent potius, quod & ipsi Deo obedientiam debeant, vt officium suæ fidei delegatum ipsis curæ sit ac sollicitudini, vtq; liberos, familiam & subditos suos, non tantum nutriant, & corporalibus alimentis prouideant, sed omnia maximè ad laudem & gloriam Dei propagandam educant. Quamobrem nequaquam fac cogites, hæc in tuo arbitratu aut voluntate sita esse, vt statuas aut facias in his, quæ tibi visa fuerint, sed quod Deus hæc tibi grauitè atq; adeo serio faciendæ præceperit, cui etiam aliquando exigenti harum rerum rationem redditurus es.

De negligentia parentum & superiorum in suo officio.

Sed quàm hic rursus miserandam plagam videmus, quod huius officij nemo respectum aut curam habere dignatur, perinde agentes, ac si Deus liberos tantum in hoc nobis dedisset, vt animi fallendi gratia nobis voluptati essent, aut delectamento: præterea familiarum tantum in hoc, vt ea tanquam boue aut asino operari faciendo vtamur, aut cum subditis pro animi nobilitudine agamus, non secus eos habentes neglectos, quasi si ad nos non pertinerent, aut nostra nihil interesse quid discant, aut quibus pietatis studijs suam vitam traducant. Nec quisquam eò intendit animum, vt cogitet hoc diuinæ maiestatis esse præceptum, hoc ipsi teuerè examinaturæ, & grauitè vlturæ: aut summa necessitatem hoc exigere, vt iuuentutis rectè educandæ atq; instituendæ præcipua habeatur cura & sollicitudo. Quod si enim cum ad spiritualem, tum mundanarum rerum administrationem, homines idoneos, probos & appositos habere desideramus: profectò non erit vlli parcendum labori, aut operæ, aut impensæ, sed diligenter docendo atq; instituendo liberos, vt & D.

teuere, & hominibus, vtilis esse queant. Neq; tan-
 dem nobis cogitandum est, quo pacto illis ipsis ma-
 gnam saltem nummorum vim cumulemus ac repona-
 mus. Hos enim Deus citra nostram operam alere ac
 ditare nouit, id quod etiam quotidie factitat. Ideo ve-
 ro liberos nobis largitus est, & commendauit, vt eos-
 dem iuxta voluntatem eius educemus regamusq;, a-
 lioqui nihil opus erat parentibus. Quapropter quisq;
 indubitate ita habeat, se debere pro officio, eoq; astrin-
 gi, qui modò nolit infensum & inclementem Deum
 tuo malo experiri, vt ante omnia ad Dei timorem &
 ignitionem suos liberos educet. Atq; vbi aliqua relu-
 cebit spes egregij ingenij, aut non malæ indolis, eos-
 dem quoque bonis literis ac disciplinis imbuendos &
 formandos tradant, vt eorum opera ad politiam, & ad
 quamcunq; rem opus fuerit, vti queant homines.

His peractis diligenter & strenuè, Deus nobis haud
 dubiè suam benedictionem & gratiam largiter imper-
 taret, vt eiusmodi educarentur homines, à quibus cum
 ipsa patria, tum populares præcipuum emolumentum
 caperent. Et huius quoq; disciplinæ sedulitate & stu-
 dio, breui emergerent bene modesti & rectè educati
 ciues, tum pudicæ beneq; moratæ matronæ, rei fami-
 liaris diligentes & studiosæ, qui deinceps indefinenter
 probos liberos & familiam laudabilem procrearent.
 Nam ipse tecum animo repete, quàm nefarium admit-
 tas facinus, quàmq; atrox damnum des, si hac in re ne-
 gligenter agas, aut per te ster, quò minus liberi tui vti-
 liter ac salubriter educentur. Ad hæc omnibus pecca-
 tis & ira temer grauas & oneras, ita, vt liberorum tuo-
 rum eigò æternam damnationem promerearis, tametsi
 aliàs sanctam atq; inculpam vitam traduxeris. Eam
 obrem Deus quoq; cum ista tam omisso animo negli-
 guntur, mundum inuisitatis & non dicendis pœnis afficit,
 vt nullius disciplinæ & pacatæ gubernationis vestigiū

apud

*Commoda
 recta edu-
 cationis.*

apud nos cernatur ampliùs, quod non raro dolente
conquerimur, interim non videntes tantarum trage-
diarum culpam nostram esse. Quemadmodum enim
regere consueuimus: ita rebelles ac degeneres subdi-
tos & liberos experimur. Et hæc monendi gratia
præfens sufficiant, hæc enim tractare prolixius alio
tempus postulat.

PRÆCEPTVM V.

Non occides.

*Continua-
10.*

*Hoc præce-
ptum non
pertinere
ad magi-
stratum.*

HActenus & spiritualem, & mundanum magistra-
tum, hoc est, càm Dei, tum parentum ius & obe-
dientiam, executi sumus. Hoc verò in loco
edibus nostris ad vicinos egredimur, ad discendum
quo pacto nobis inter nos cuiq; erga proximum, vita
nstituenda atque exigenda sit. Quare hoc præceptum
Deus & magistratus non sunt comprehensi, neq; illi
& ius & facultas perimendi facinorosos, quam obe-
dient, sublata est. Siquidem Deus ius suum plebem
cruinosos, magistratui parentum loco committendum
ac credit, qui antiquitus ipsi (vt in Mose legitur) suo-
ipforum liberos in ius rapere, ac iudicio condemnari
cogebantur. Quapropter quidquid hic interdictum
priuatis personis peculiariter interdictum est, & non
magistratui.

Iam hoc præceptum est intellectu valde facile, &
crebrò declaratum, quando quotannis in Euangelio
Matth. 5. auditur, vbi illud Christus ipse interpreta-
tur, ac summatim complectitur, scilicet, neque manu
neque cordis cogitationibus, neque ore, neque signis
neque consilio & auxilio esse occidendum. Quare
in omnibus hæc irasci interdictum est, exceptis his, vt di-
mus, qui Dei locum in terris obtinent, hoc est, pare-
ntibus & magistratui. Dei enim & illorum, qui in di-
num ordinem cooptati sunt, interest irasci, indignu

obiurgare & punire, ob eos ipsos, qui hoc & alia præcepta flagitiosè transgrediuntur.

Cæterùm huius præcepti constituendi necessitas & causa hæc fuit, quòd Deo obscurum non erat, quanta esset mundi malitia & iniquitas, & quàm hæc vita multis obnoxia esset periculis, eam ob rem Deus hoc præceptum inter bonos & malos constituit. Iam quemadmodum multæ sunt aliorum præceptorum impugnationes: ita quoq; huius non sunt paucæ aut modicæ, vt cum multis hominibus nobis viuendum sit, qui nos iniuria afficiunt, vnde causas nanciscimur, inimico animo eosdem prosequendi.

Exempli causa: Si vicinus tuus viderit tibi esse ædes splendidiore, numerosiore familiam, pinguiore agros, plus opum atque fortunæ à Deo esse, quàm sibi: statim ægrè patitur, tibiq; prosperos rerum successus inuidere incipit, neque quidquam boni de te aut cogitat, aut loquitur. Ita impulsu mali Genij, multos consequeris inimicos, qui nihil boni neq; spiritualiter neq; corporaliter tibi faueant, Hos ergo cum videmus, animus noster vicissim ira exarsuat, ac vindictæ cupiditate ardere incipit. Inde maledictorum ac litium pullulant initia, ex quibus deinceps calamitates & cædes emergunt oriunturq;. Hic verò Deus tanquam amicus ac clemens Pater præuenit, seque interponit arbitrum, volens omnem discordiam componi ac præscindi, ne qua oriatur iniuria, aut alius perdat alium. Et in summa, hoc præcepto quemuis ab omni vi atq; iniuria tutum, pacatum ac defensum, hocq; præceptum veluti murum, arcem, asylum & propugnaculum proximo esse vult, ne quam molestiam & damnum à quoquam corpore accipiat.

Est ergo huius præcepti sensus, ne quis ob vllum malefactum vlla conturbetur aut afficiatur iniuria, etiam si hanc abundè promeruisse. Vbi enim cædes in-

Causa huius præcepti.

Exemplū.

Sensus huius præcepti.

terdicta est, aut homicidium: ibi quoq; causa, vnde
 oriri possit homicidium, interdicta sunt. Crebro enim
 fit, vt aliquis, tametsi manus eade non contamine
 ita cruentè imprecando deuoueat proximum, ve no
 diu superstes viueret, si effectus esset eius imprecatio
 nibus. Quando ergo hoc natura omnibus nobis insit
 est, & vilitatum esse deprehenditur, vt nemo quidquam
 ab alio ferre sustineat: vult Deus radicem atque ad
 ipsam stirpem euellere, vnde cor hominis aduersus
 proximum exacerbatur exulceratur, nosq; afflicti
 cere, vt nunquam non hoc præceptum nostris oculis
 obuerfetur, in quo tanquam in speculo vitam nostram
 contemplemur, voluntatem Dei intueamur, illiusque
 vindicta vim atque iniuriam, quam immerentur patimur,
 certa quadam animi fiducia ac nominis sui im
 ploratione commendemus, atq; ita illos vehemente
 furere atque irasci permitramus, vt, quod possunt, faciant.
 Vt ad hunc modum homo dicat ledare iracundiam,
 ac patientem & mansuetum induere animum
 cum primis erga illos, qui causam irascendi ei suppeditant,
 hoc est, erga inimicos.

*Quid sit
 non occi-
 dere.*

Quocirca tota huius præcepti summa hæc est,
 simplicibus significantissime inculcetur, quid sit, non
 occidere. Principio, ne quis afficiatur iniuria, præter
 quidem manu aut opere. Deinde, ne vtamur lingua
 hoc, vt consilium demus alicui incommodandi. In
 per, ne qua vtamur via aut medio, vnde aliquis detra
 hatur, vt consilium demus alicui incommodandi. In
 mentum possit accipere, neue alijs vitijs contem
 tiamus. Ac deniq; vt ipsum cor hostiliter infensu
 sit nemini, aut irritatum iracundia malè velit, Ita, vt
 corpus & anima extra omnem sint noxam, cum
 quouis, tum peculiariter de eo, qui tibi mali quid
 precatur vel etiam infert. Nam ei malè facere, qui be
 de te sit meritis, aut tuis rationibus optimè con
 tum cupit, non humanum est, sed planè diabolicum.

Secu

Secundo, huius præcepti reus est, non tantum is, qui mala facit, sed etiam is, qui, cum proximo benefacere, eiusque damnum aut iacturam antevertere, ob-
 stare, eum tueri & servare posset, ne quod malum aut iniuriam accipiat corpore, non facit. Tam ergo quotiescunque nudum videris, eundemque non adiutum dimiseris, cum pro facultatibus, eius nuditatem conuestire possis ac tegere: hunc profecto frigore enecasti. Ita quoties videris famelicum, nec tamen pascis eum, hunc fame cruciatum interire sinis. Non secus quoque, si quem morte condemnatum videris, aut in simili quopiam casu periclitantem, nec eum servare approperras, cum neque via neque occasiones illius eripiendi tibi sint recognita: pro certo constat, hunc te neci dedisse. Neque tibi proderit hæc adducta excusatio, te in eius peccat non consentisse, aut consilio & auxilio non adiurasse: siquidem charitatem illi subtraxisti, ipsaque benefactis eum privasti, quibus adiutus non difficulter vitam retinisset.

*Peccatum
contra hoc
præceptum.*

*Qui &
quot ho-
micide.*

Quare Deus non iniuria omnes illos damnat homicidij, qui necessitate pressis, aut de vita periclitantibus, consilio aut ope non subveniunt. Hos in die nouissimo horrenda quoque damnabit sententia, quemadmodum ipse Christus annunciat, inquitens: Esuriui, & siti, & non dedistis mihi manducare aut bibere, Hospes eram, & non collegistis me, Nudus eram, & non cooperuistis me, Infirmus & in carcere eram, & non visitastis me, Hoc est, meque meosque fame, siti, frigore perire, a feris discerpi, in cacere situ & squalore putrescere, inque omnibus necessitatibus foede succumbere fuistis. Quid hoc aliud est, quam homicidas, & *αἰσχροψό-
νους & μιαιφόνους* (Bluthunde) culpasse? Nam tamen hoc ipsum opere non perpetrasti: proximum tamen in periculis atque infortunio hærentem, quantum ad te attinebat, immisericorditer perire permisisti.

Et perinde est, ac si quem in profunda aqua nauigantem, & aduersis ventis laborantem perspicerem, aut ignem prolabentem, possemq; illum porrecta manu periculo eripere ac seruare, & non facerem. Qui veri coram toto, mundo aliter atq; funestus homicida & cruentus latro, probari aut perhiberi possem? Quia propter hæc decisua Dei est sententia, ne quem hominem lædi aut damaum accipere patiamur, sed bonis humanitatis & beneuolentiæ officijs demeremur. Estq; hoc præceptum peculiariter erga eos conferuandum, cum quibus inimicitia nobis intercesserunt. Vt enim amicis ac fautoribus nostris beneficiamus, virtus valdè leuis est & ethnica, quemadmodum Christus Matth. 5. loquitur.

*Bona opera
huius præcepti.*

Hoc loco iterum verbum Dei habemus propositum, quo nos ad vera, præclara ac summa opera, nempe, mansuetudinem, patientiam, breuiter, & amorem, & benefacta inimicis nostris exhibenda, pellicere ac prouocare conatur. Vultq; nos subinde commemorare, vt retroflexa cogitatione, prioris præcepti similes memores, illum esse Deum nostrum, hoc est, nobis utile suppetias ferre, assistere ac tueri, vt animum vindictæ cupidum in nobis compescat atq; coërceat. Tamen hæc vulgo essent tradenda atq; inculcanda: tum abudè bonorum esset operum, quæ nos facere oportebat. Verùm hæc prædicatio non esset ex vltimo monachorum, sed plus iusto religiosorum ordinem defraudaret, inferrerq; insignem Carmelitarum sanctitati iniuriam, & fortasse hoc ipsum diceretur bona operum terdicere, & monasteria desolare. Hac enim ratio vulgus tanti, imò potiùs multò maioris fieret, eos longo interuallo præcelleret: ac quiuis facile perspiceret, quomodo ipsi mundo tam foedè hæctenas impersuerint suâ fucatâ & hypocritica sanctitate, quòd hoc præceptum, & alia præcepta omnia, illiberaliter

Monachorum fictitia opera.

respue

respuerint, & inutilia existimârint, tanquam non præcepta fuissent, sed consilia: ad hæc suos fictitios ordines & sectas tam perniciosas, quam hypocriticas, pro perfectissima vita impudenter iactârunt & proclamârunt, ut planè vitam suauem & tranquillam, omniq; & cruce vacâtem & patientia, illi ventres & porci agerent. Quam ob causam se quoq; in monasteria abdidderunt, ut à nemine quidquam paterentur molestiæ, neue quenquam vlla in re bona iuuarent. Tu verò scito, hæc vera, sancta & diuina esse opera, quibus Deus cum omnibus Angelis exhilaratur, quibusq; omnis humana sanctitas collata non nisi foetor & stercus est, nec aliud, quam iram & damnationem promeretur.

PRÆCEPTVM VI.

Non mœchaberis.

Sequentia præcepta intellectu iam sunt facilia ex interpretatione antecedentis. Eò enim tendunt omnia, ut à damno & inferenda iniuria proximo caueamus. Sunt verò eleganti ordine posita, Primum enim de non lædenda proximi persona conditum est. Secundum respicit personam sibi proximam, aut post se sibi proximam, nempe suam coniugem, qua cum vnum corpus & vna caro effectus est, ita ut nulla in re maiori possit affici iniuria. Quamobrem hoc in loco disertè ac significanter expressum est, ne quam ignominiam illi faciamus, afficientes contumelia suam coniugem. Ac peculiariter de adulterio sonat, propterea quòd in Iudaismo ita ordinatum & præceptum fuerat, ut quisq; ducta vxore matrimoniū cõtraheret. Vnde & iuvenes maturè cõtrahebant, ita ut virginitatis status & celibatus apud Iudeos nullius haberetur momèti. Sed neq; propalâ visebantur aut cõcedebantur: meretriciû ac scortatorum lustra, ut hodie apud nos solenne est.

*Summa
sequentiis
præceptorum.*

Ordo præceptorum.

Quamobrem adulterium apud illos communissimum fuit peccatum impudicitiae.

*Omniem
immundi-
ciem &
Iesus cau-
sas & occa-
siones pro-
hibens,*

Quoniam verò apud nos adeò sceda & nefanda omnium vitiorum & seortationum lerna cernitur: hoc præceptum quoque aduersus omnia impudicitiae genera & species constitutum est, quocumque tandem dici possunt nomine. Et non solum externum opus interdicitur: verum omnis generis etiam causæ, illæ etiam & occasiones, vt cor, os, oculi, aures, atque adeò totum corpus purum sit ac castum, nullum locum, opem, consilium, impudicitiae seu uindæ præbeat. Et non solum hoc: sed etiam hisce nefarijs rebus summo conatu obstet, tueatur, prohibeat, vbi periculum & necessitatem viderit, ac contra præstò sit auxilio & consilio proximo suo, ne quam famæ suæ iudicram, accepta in coniuge contumelia, faciat. Nam vnicumque tale aliquid per negligentiam intermitteris, cui possis obfistere, aut dissimulanter connives, quasi tibi nihil intersit: non secus eius flagitij culpa tenentur, quam is ipse, qui perpetravit. Tantum ergo hoc præceptum, vt paucissimis complectamur, à nobis exigit, vt quisq; tum pro se vitam castam exigat, tum proximo quoq; in hac obtinenda & tuenda sit auxilio. Voluit enim Deus hoc præcepto cuiusq; uxorem tanquam vallo circumsepere ac defendere, ne quis temerè eam contrectando semet adulterio reū faceret aut pollueret.

*Matrimo-
nium hono-
randum.*

CUM autem de coniugio tam euidenter præceptum hoc constitutum sit, ac nobis causam de eo ducendi suppeditet: probè tibi notandum, & in his rebus reponendum erit. Primò quidem, quomodo Deus hunc matrimonij statum ac ordinem amplissimè honoret ac prædicet, vt eundem præcepto suo reprobè confirmet & tueatur ab iniuria. Suprà quidem Quod præcepto illum confirmauit: Honora patrem matrem tuam. Hoc verò in loco, vt dictum est, vt

uto effet, circumualuit ac defendit eum. Quamobrem & a nobis requirit, vt eundem honoremus, serueamus, & traducamus, veluti diuinum ac beatum ordinem, quando illum initio ante omnes alios seruandum instituerit, eamque ob rem separatim masculinum & feminam creauit, non ad libidinosè exercendam spurcitiem atque lasciuiam, sed vt legitimè coniuncti, coeundi essent, liberos procrearent, nutrirent, eosdemq; ad Dei gloriam ampliandam, piè ac rectè educarent. Idcirco quoq; Deus hunc matrimonij ordinem præ omnibus alijs tãtis cumulauit benedictionibus, ad hæc, quæcunq; in mundo sunt, huic prouehendo insumfit, eidemq; vt enda subdidit, tantum in hoc, vt hic ordo opulentiè & largiter esset constabilitus. Qua ex re facile liquet, non locum aut curiositatem, sed rem magnam & arduam, atque adeò constantem Dei voluntatem esse matrimonium. Permagni enim sua refert, vt educentur homines, qui mundum sua opera ad Dei cognitionem, & beatam ac vitutibus exornatam vitam exigendam, queant perducere, aduersus malitiam & demones pugnandi gratia.

Quocirca subinde docui, ne hunc ordinem contemnamus, aut tanquam iocularè leuiter æstimemus, quem irridendi morem cæco mundo & pseudoreligiosis nostris hætenus fuisse vidimus: sed iuxta Dei verbum, quo multis modis exornatus & sanctificatus est, eum intueamur, ita vt non solum cæteros pretio & dignitate æquare soleat, sed omnes cæteros longo intervallo post se relinquat, siue illi sint linciti Cælares, siue purpurati Principes, aut insulati Episcopi, aut quicunque tandem. Quicumque enim, aut spirituales aut seculares (vt loquuntur) sunt ordines, his omnibus hic venerandus est, & omnibus hic quoque amplectendus, vt post audiemus latius. Quapropter matrimonium nõ priuatus aliquis status habendum est, sed

Est matrimonium honorandum.

communissimus & nobilissimus, cuius vsus per totam Christianitatem, imò per totum mundum, longè latèq; patet.

Matrimonium necessarium & à Deo præceptum.

Secundò sciendum est, hunc ordinem non solum esse honestum, sed necessarium etiam, neque non scripto à Deo præceptum, vt in genere omnes status ac ordines, cum viri, tum mulieres, quicunque ad hunc amplectendum natura sunt appositi, in eo versentur: exceptis nonnullis, licèt per paucis, quos Deus singulari quodam consilio segregauit, vt ad iugum matrimonij minùs reperiantur idonei, aut sublimi ac supernaturali gratia ea libertate donauit, quò possint extra hunc ordinem, seruata vitæ pudicitia, castitatem tueri. Vbi enim natura, quemadmodum à Deo nobis insita est, fertur ac rapitur: fieri nullo modo potest, vt extra matrimonium castè viuatur. Siquidem caro ac sanguis naturam suam immutare non potest, ac naturalis ille appetitus, & carnis inclinatio consuetum iter, nulla re obstante aut prohibente, sequitur, id quod omnibus liquet hominibus. Quare vt aliquatenus libido carnis caueri posset: Deus matrimonium instituit, vt quilibet sua parte legitimè destinata fruatur, illa que contentus viuatur, tamen si hinc quoq; gratia Dei opus est, vt contentus quoque castum sit.

Contentores matrimonij.

Ex hoc iam liquidè perspicis, quàm furiosè illa turba Papistica, sacrifici monachi & monachæ, huic ordinationi & præcepto Dei reluctantur, qui matrimonium contemnunt & prohibent, seq; perpetuam castitatem seruaturos, magna animi præsumptione pollicentur ac vouent, ad hæc simplicium animos phaleratis detentis, hoc est, imposturis ac menocacijs impudenter seducunt. Nemo enim perinde castitatem exosam habet aut in libidinem est pronior, ac illi, qui matrimonium præ magna sanctitate detrectant, & aut propalant aut impudenter scortationi & libidinibus indulgent, au-

clanco

clanculum longè scœdiora, quæ honestè commemorari non possunt, perpetrant, ut nimium, proli dolor, expertissimus. Et breuiter, quanquam ab ipso opere temperent: ipsum tamen cor impuris cogitationibus, & prauis cupiditatibus plenum, extrema flagrat libidine, ut planè perpetuo quodam incendio & occulto quodam vulnere carpantur & absumantur: quod in matrimonio constitutis nulla cum difficultate euitare licet.

Quare hoc præcepto omnium eorum, qui extra coniugium degunt, castitatis vota damnata & soluta sunt: imo quoque omnibus irretitis, & miseris conscientijs, quæ suis monasticis votis miserè deceptæ sunt, præceptum est, ut deserto libidinoso & impuro ordine matrimonium arripiant, ita reputantes, quod quanquam alioqui monastica vita prorsus diuina esset, tamen in viribus suis situm non sit, cælibem vitam agere, in qua si maneant, tantùm magis atque magis libidine incensi aduersus hoc præceptum delinquere cogantur.

Iam hæc eò à me dicta sunt, ut iuuentus crebris monitis in eam perducatur sententiam, ut incipiat voluptate quadam complecti matrimonium, sciatque felicitatem & Deo acceptum esse ordinem. Hac enim ratione temporis progressu tantùm effici posset, ut illi suus iterum honos redderetur, & scœda illa & manifestarum scortationum, & aliorum turpissimorum vitiorum, quæ contemptum matrimonij consecuta sunt, lerna passim nunc in mûdo regnans diminueretur. Quare hoc quoque parentum ac magistratus est officium, iuuentutis rationem habere, ut pudicitiam & honestatem perdiscant, atque ubi adoleuerint, maturè honesto iungantur matrimonio, quam rem haud dubiè sua gratia & benedictione prosperare dignaretur Deus, ut voluptas & gaudium inde perciperetur.

Vltimò, Ex his omnibus Epilogi vice hoc adijciatur, hoc præceptum non solum exigere, ut quisque ope-

*Impurus
cælibatus
& vota
monastica
damnan-
tur.*

*Parentum
& magi-
stratus of-
ficium.*

*Mutuan
benevolen-*

*Iam & si-
dem coniu-
gum neces-
sariam.*

ribus, verbis & cogitationibus castè viuat in tuo, hoc est coniugali imprimis statu, sed etiam, vt comparem, coniugem à Deo sibi concessam, in precio habeat, & amore prosequatur. Vbi enim volumus coniugali castitati locum esse, ibi necessum est ante omnia, vt vir & mulier in amore concordés conuersentur, vt alter alterum ex animo mutua quadam beneuolentia & fide complectatur. Hoc enim vnum est ex præcipuis, quæ amorem & studium castitatis accendant: quod si præstito fuerit, ipsa quoque castitas sua sponte sine mandato consequetur. Inde quoque diuus Paulus tanta diligentia eos, qui sunt in matrimonio, admonet, vt mutuo amore se diligant & venerentur. Habes ergo hoc iterum opus valde preciosum, imò potius multa magna & præclara opera, quæ alacri animo iactare, ac omnibus religioforum ordinibus, citra verbi Dei auctoritatem institutis & electis, opponere potes.

PRÆCEPTVM VII.

Non furtum facies.

*Sanciri do-
miniorum
distinctio-
nem.*

*Furtum
quid.*

Furtum.

Proxtuam tuamq; coniugis personam, proximum est res familiaris: hanc quoque Deus vult esse intacto, præcepitq; ne quis alterius fortunas inuadat, aut clanculum compilet. Furari enim nihil aliud est, aut dicitur, quam fortunas alterius per iniuriam sibi vindicare: qua re breuiter omnis generis in omnibus negocijs proximi defraudationes comprehense sunt. Iam hoc vitium admodum commune est, & longè lateq; patet, at tam parùm curatur, vt omnem plangendum excedat, adeò vt si omnes, quotquot fures sunt, fures tamen dici nolunt, suspendendi essent, citò totus mundus desolaretur, neq; cruces aut carnifices sufficerent. Neque enim hoc tantùm furtum dicendum est, vt diximus, cistas & marsupia clanculum eua-

cuare

cuare; sed in foro quoque locum habet, in tabernis, ubi res venales prostant, in cella vinaria & ceruissaria, in officinis, Breuiter, vbicunque tractantur commercia, ubi pecunia vel pro mercibus vel labore datur & accipitur.

Exempli causa, vt pro simplicibus aliquantò fusiùs ac rudiùs explanemus, vt saltem videamus quàm prodeliter præest, heroq; suo damnum dat, aut fieri permittit, cui obitare potuisset, aut quò minùs fieret, anteuertere, aut alioqui rem herilem malè tractat, aut propter socordiam, indiligentiam aut malitiam negligit, vt hero ac heræ agrè atque molestè faciat, & quocunque pacto hoc praua animi libidine fieri potest. Neque enim loquor de his, quæ per incogitantiam inuito fiunt animo. Sic, inquam, quotannis herum tuum triginta aut quadraginta aureis defraudare potes, quos si alius clanculum conuassasset, huius gula esset perfringenda laqueo. Verùm tu tanti furti tibi conscius adhuc ferocire audes, & insolenter agere, neque quisquam te audet furti accusare, & alienæ pecuniæ condemnare.

Non secus quoque loquor de fabris siue opificibus & mercenarijs, qui sua viuuntur libidine, neque sciunt, quo pacto eos, qui suam sibi locant operam, satis exhauriant, cum nihil secius in opere frigeant segniter & infideliter laborantes. Hi omnes longo superant intervallo nocturnos illos & clancularios fures, qui vel seris ac repagulis caueri, vel comprehensi ita coerceri possunt, vt amplius id non faciant. Horum autem improbitatem nemo, quamlibet perspicax, cauere potest, nec quisquam audet eos vultu aliquantò obliquiore conuerti, aut vilius furti accusare, Ita, vt aliquis decies libentius æs suum è crumena amittere sustineret. Nam hi mei vicini sunt, mihi amici, mei proprij ministri, de

quibus

*Iniusti lu-
eni cupidi-
tas.*

*Ignauia
seu negli-
gentiam
facultati-
bus nobis
commisit.*

*Iniusta
mercedes.*

*Impositura
in mercibus.*

*Fraudes
contractuum.*

*Mundus
plenus fur-
torum.*

*Qui archi-
pyrata.*

*Furta Pon-
tificum Ro-
manorum.*

*Summa
impunitas
furtorum.*

quibus mihi omnia fidei & diligentiae officia polliceor
illi primi sunt, à quibus indignè compilor.

Ita quoq; in foro, in emporijs, in mercatibus, in pu-
blicis commercijs, omnium potentissimè hoc furis ge-
nus regnat, & locum obtinet, vbi alius alium vitiosa
merce, falsa mensura, iniquo pondere, adulterina mo-
neta, defraudat ac decipit, neq; non versipelli quadam
astutia, & miris imposturis atq; decipulis circumdu-
ctum dispoliat. Ad hæc, si quis alium pro libidine sua
grauat commercijs, ad vitium vsq; tondens & crucians.
Et quis hæc omnia fando enumerare valet, aut excog-
itare? In summa, hæc communissima omnium ars est
& omnium numerosissima in terris sodalitas. Nam si
quis mundum per omnes vagatus ordines recto iudicio
contemplabitur: nihil videbit aliud, quam ingens
aliquod & spaciosum stabulum, quod magnis furobus
est refertissimum.

Vnde quoq; archipyratae, latrocinio quaquà verum
grassantes, rectè dicuntur, non cistarum compilatores,
aut fures clancularij, qui substantiam alicuius furto im-
minuunt, sed qui domi desident, magni dicuntur pro-
ceres, ac ciues probi & integri, sub honestatis prætextu
furtum exercentes & latrocinium.

Sed possent præteriri silentio, quæ de paruis & nul-
lius momenti furibus memorauimus, præ illis, quæ de
maximis illis furum antesignanis dicenda essent, qui-
bus cum potentes & summi Principes societatem in-
iungunt, qui non vnã atq; alteram solum ciuitatem com-
pilare solent, sed totam Germaniam quotidie compi-
lant atq; denudant. Imò vbi maneret, quæ totius mun-
di opes turtim ad se rapuit, & in hunc vsq; diem possi-
det, defensatrix illa & caput furum omnium sancta,
Deo placet, sedes Romana?

Breuitè, ita iam in mundo comparatum est, vt quod
propalàm furari ac prædari nouit, is concessa impunitate

tate ab omnibus liberè & securè agat, quin & honorem sibi deferri postulet: parui interim & clancularij illi fures, semel in furto deprehensi, dedecus & pœnam perferre, illorumq; honestatem confirmare cogantur. Veniant amen sciant illi, se coram Deo fures esse omnium maximos: cui & dignas, quas meriti sunt, pœnas sunt daturi.

Cùm itaq; hoc præceptum tam multa, vt ostensum est modò, complectatur: necessarium est, vt hæc vulgo diligenter proponantur & explanentur: neue tam securè & liberè eos abire patiamur, sed subinde iram Dei eis ob oculos ponamus & inculcemus. Neq; enim talia Christianis, verùm omnium maximè nebulonibus prædicamus, quibus multò iustiùs iudex aut minister carceris aut carnifex prædicaret. Quapropter quilibet sciat, qui quidem iratù Deum experiri nolit, sibi præceptù esse, vt non solùm proximo non damnum inferat, aut eius interuertat commodum, neq; in commercijs aut contractibus vlla perfidia, simulatione, aut dolo malo eundem circumducatur: sed etiam vt eius bona magna cum fide tueatur, eius commoditatem, quoad eius fieri potest, promoueat, præcipuè quando suam operam argento, mercede, ac victu pensandam locauit proximo.

Iam quicumq; hæc temerè contemserit: effugerit ille fortasse manus carnificis, at ipsius Dei iram & pœnam nunquam effugiet. Et quanquam ad tempus hæc sua vtatur ferocia, circumforaneus erro tamen & mendicus manebit, omnes plagas & infortunia experturus. Iam quidem aliò te vocat animi tui prolubium, vbi res herilis singulari quadam fide tibi procuranda fuerat, tunc gulæ interim ac ventri tuo seruis, non secus ac fur mercedem suam accipiens, contendens etiam ob istam tuam perfidiam negligentiam coli & honorari. Huius generis permultos est videre iam ministros ac famulos,

qui

*Enarratio
ac repetitio
huius præ-
cepti crebra
ad quid
conducatur.*

*Virtutes
sexti præ-
cepti.*

*Pœna vio-
lati huius
præcepti.*

*Furta acco-
nomica.*

qui non contenti omnia perfidè & malignè agere, insuper cum heris suis etiam superbè & ferociter delirant, neq; tantum humanitatis aut fidei lubentes obederent, vt damnum aliquod anteuertendo præcauerent.

Sed attende, precor, animum, quidnam hac ratione lucris sis consecuturus, nempe, vt vbi ducta vxore ipsi propriæ domus curam susceperis (ad quod tibi Deus omnium inauspicatissimè opem suam non denegabit) hæc tua perfidia ad teipsum redeat, fiatq; vt, vbi hereditate tuo prius vel vnus obuli fraudem feceris aut damnum dederis, trigesses id tuo maximo malo percoluas.

Iniusta accipia opificum & mercenariorum.

Pari ratione artificibus quoque & mercenarijs suspensabitur perfidia, à quibus iam non dicendam, pleneq; intolerabilem libidinem & audire, & perferre cogimur, quasi in alienis bonis obtineret dominium, aut quiuis, quodcunq; postulassent, citra contradictionem mox numerare cogeretur. Hisce omnibus permitte senè, vt audacter proximum iniquissimis exactionibus deglubant ac rondeant, quamdiu potuerunt: equidem Deus sui præcepti non erit immemor, illisq; ipsi debita præmia redditurus est, eosq; non in virentem eracem, sed planè in aridam furcam suspensus, vt per omnem ætatem infelices nihil vnquam bonorum consequantur. Et profectò, si Rempublicam haberemus bonis legibus institutam: facilè ac citra moram etiam modi hominum libido atq; temeritas coerceri possent atq; infringi, qualem olim apud Romanos morem fuisse legimus, vbi talium homuncionum improbitates acerbissimis pœnis, vt alij inde exemplum sibi sumerent, coercerent.

Magistratus civis officium, Romanorum severitas.

Fori seu macelli rapacitas & expilationes.

Nihilo felicius alijs quoq; sua debet cadere auaritia & miluina rapacitas, qui è foro & macello publico quod omnibus seruire debebat, lustra prædonum locum latrocinij constituunt, vbi quotidie indignis modis grauantur miseri, nouis subinde inducis onerantur.

bus & caritatis rationibus. Ac quisq; foro pro sua libidine, utq; illi visum fuerit, abutitur, ad hoc intolerabiliter superbiens atque ferociens, quasi iure sibi hoc liceat, sua quam maximo velit precio diuendere, tantum abest, ut aliquis eam ob rem illi oblique obmurmure. Horum omnium spectatores erimus, permittunt, ut pro arbitratu suo alios deglubant, spolient, mutilent, lacerent, rapiant, ac omnibus modis suæ auaritiæ seruiant. In Deo tamen fiduciam nostram habebimus, alioqui etiam hoc ipsum facturo, ut ea benedictione, ubi diu multumq; alios degluberis, neque parum boni corraseris, tuas opes prosperet, ut frumentum tuum in horreo, cereuisia tua in cellario, pecus tuum in stabulo pereat: imò potius, ubi proximum tuum vel aureo defraudaueris, tu de tota summa ac sorte periclitans in dubium venias, ut ita absumpta & ablata euaneat, etiam cum puluisculo, ut nunquam vilam ex ea voluptatem capias.

Pena temporalis.

Ab experientia, Ad male dilabuntur.

Pena iniustorum au cupiorum.

»

»

»

»

»

»

Hoc verum esse, equidem quotidianis experimentis discimus, nullam rem aut furto aut fraude paratam possessori lucro esse. Quot enim esse putas, qui diu nocturnè corradendis & cumulandis opibus se excruciant, qui tamen ne teruntio quidem ditiores euadunt? Et quanquam multum cumulent: tot tamen plagis & calamitatibus affecti sunt, ut cum voluptate ac gaudio rebus partis frui nequeant, neque liberis suis eam hereditatem relinquunt. Verum enimverò cum neminem hæc moueant, atq; non secus, ac si nostra nihil interesset, agamus: necesse est, ut alia ratione nos inuisat, & sapere doceat, ut nempe nouis subinde exactionibus exugamur, aut numeroso quodam peregrinorum militum exercitu nos adoriantur, qui in vnus horulæ spacio, ita cistas & marsupia nostra exenterent, nec antè depraedandi finem faciant, quam nobis nullus obulus maneat reliquus: ad hæc vastata passim patria,

ades

*Pœna alt-
onis diuis-
na.*

ædes nobis exurant etiam, neq; non vxores & liberos
nostros affectos ignominia perimant. Et vt summam
dicam, multum furans certò tibi pollicere, multò plu-
ra te furto amissurum. Tum qui per vim atq; iniuriam
rapto viuit, & lucro seruit, vt alteri incommodet: illi
alium nanciscetur, à quo paria accepturus est. Deus
enim huius artis est scientissimus, quandoquidè qui
que alterum rapinis ac furto compilat, vt furem fur-
latronem latrone puniat. Vbi aliàs sufficiens nobis
iuppeteret, ad puniendos fures, & patibulorum & la-
queorum copia.

Iam qui amicis dictis commonetur, ille certum ha-
beat, Dei esse præceptum, quod in iocum conuerti no-
lit. Nam etsi nos deceperis, contemseris, aut furto & ra-
pinis compilaueris: tuam quidem iniuriam æquo ani-
mo tolerabimus, fortasse propterea non illico famu-
erituri, tibiq; quemadmodù nos docet Oratio Do-
minica, omnium iniuriarum concessa venia, condona-
mus, tuiq; miserebimur. Probi enim & iusti non possunt
non exuberare copia, tuq; tibi longè maius detri-
mentum, quàm alteri concilias.

*Tenacitas
in dandis
necessarijs
elemosy-
nis.*

Sed hîc, obsecro, fac attentò sis animo, tibiq; caris
as, vbi pauperes (quorum iam magnus est numerus)
venerint, quibus nummis diurno labore partis omni-
mercanda sunt, tuq; non secus agis, quàm si omnibus
è tua gratia pendendum sit, ad viuum vsq; deglaber-
ac rodens, quos etiam superbè à te dimissos abigis in-
humanissimè, quibus dare debebas & largiri gratum.
Illi quidem miserè à te abeunt, & affecti tristitia, & cum
neminem habeant, cui ista conquerantur, sublata
cælum voce, Deum vltorem inuocant. Hæc, inquit,
iterum atq; iterum repetens moneo, vt caueas tanq;
ipsum cacodæmonem. Tales pauperum gemitus
implorationes ioculares non erunt, sed vim in se habebunt,
quæ & tibi & vniuerso mundo erit intolerabilis.

atque ad eum pertingent, qui egenorum & afflictorum cura afficitur, ac iniuriam illis illatam non patitur inultam. Quòd si hæc superbè contemseris, aut etiam irriseris: tum vide, quem inimicum tibi feceris. Si enim prosperè tibi ceciderit: tum Deum & me, coram mundo vniuerso mendacij coarguas licet.

Nos abundè satis admonuimus ac dehortati sumus: qui ista neglexerit, aut non crediderit, hunc misum faciemus, donec suo malo harum rerum fecerit periculum. Iuuentuti tamen hæc studiosè inculcanda sunt, vt sibi caueat, nec veteris & indomitæ multitudinis insequatur vestigia, sed mandatum Dei in conspectu habeat, ne & ipsam comprehendat ira & pœnæ diuinæ. Nostrum officium non latius protenditur, quàm vt hominum flagitia indicemus, eademq; verbo Dei puniamus. Verùm vt tam aperta & manifesta deprædandi, ac sarandi libido coërceatur, Principum & magistratus interest: qui si ipsi oculos haberent & animum, in omnibus negotijs atque commercijs certam rationem atq; ordinem constituendi & conseruandi, neque pauperes grauarentur & opprimerentur, neque semetipsos alienis peccatis onerarent.

Sed iam satis superque dictum est, quid sit furari, ne tam angustis id metis concludatur, sed eò vsque sinatur protendi, quousq; nostra cum proximo exercenda negotia protenduntur. Et vt compendio quodam rei summam, sicut in alijs præceptis fastitauimus, perstringam, illud hoc præcepto cautum est. Primùm, ne quam iniuriam inferamus proximo (qualescunq; tandem, & quàm multiplices rationes excogitari possunt, opes atque substantiam alienam imminuendi, decurtandi, impediendi, alienandi) neque his consentiamus, aut hæc fieri patiamur, sed prohibeamus, ac omnibus modis eius damnùm anteuertamus.

Contra verò præceptum est, vt eius bona promoueamus,

Gg

ueamus,

*Neglectio-
nem pau-
perum pu-
niri.*

*De officio
principum
& magi-
stratus.*

*Repetitio
definitio-
nis furis.*

*Peccata
contra hoc
præceptum.*

*Bona opera
hujus præ-
cepti.*

*Pramia
hujus obe-
dientia spi-
ritualia &
corporalia.*

*Inter bona
externa
præcipuum
bonum ex-
istimatio.*

*I.
Peccata
crassiora*

ueamus, augeamusq; atq; ubi necessitate pressus eius inopiam benignè subleuemus, illi impertiamus præ manu aliquid demus, quo fruatur, cum amicis, tum inimicis. Iam qui bona opera quærit aut capit facere, hic abundè satis inueniet, quæ Deo ex animo perplecent & grata sunt, ad hæc quæ incredibili quadam benedictione remuneratur, & amplissimè cumulat, ut abundè compensetur nobis, quidquid officij ac humanitatis proximo exhibuerimus. Quemadmodum sapientissimus etiam docet Salomon, Prou. 19. Generatus Dominus qui miseretur pauperis, & vicissitudinè suam reddet ei. Habes hic opulentum Dominum, qui tibi proculdubio soluendo est, nec patietur villa te premi aut vrgere penuria, quo adiutore tranquilla conscientia in centuplo plus frui potes, quam cum perfidia aut iniuria proximi corradere. Iam qui hanc benedictionem non se abundus fastidit, ille irarum & infortunij abundè inueniet.

PRÆCEPTVM VIII.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

PRæter corpus propriū, legitimā coniugem, & rem familiarem, adhuc alius thesaurus nobis superest nempe, nominis & famæ æquabilis atque inuoluptata præclarum testimonium, quo nequaquam carere possumus. Neque enim præstat, ut fama parum secunda viuamus inter homines, apertè infamia notabile & contemti omnibus. Quocirca Deus proximi famam nomen, & iustitiam nihilo magis vult imminui aut decurtari, quam argentum & opes eius parere furto, aut deprædationibus, ne quis aut vxoris, aut liberorum aut familiæ, aut etiam vicini labore infamia. Ac primum quidem crassior huius præcepti sensus, quem

admo

admodum ipsa verba sonant (Non loqueris contra *pugnantiā*
proximum tuum falsum testimonium) ad negotia fo- *cum hoc*
rensa referendus est, vbi miser aliquis & innocens ac- *praecepto.*
culatur, falsisq; testibus opprimitur, vt luendo poenas,
aut corporis, aut rei, aut famæ, in periculum veniat.

Iam hoc perinde apparet, quasi parum ad nos perti- *Calumniā*
neat. Cæterum apud ludæos res fuit vehementer vsi- *forenses.*
gata & communis: siquidem populus optimis legibus
gubernabatur. Et vbi etiam hodie est Respublica ad
hunc modum instituta, non potest non ei peccato lo-
cus esse. Cuius rei hæc causa est. Vbi enim p. o tribu-
nali iudices, consules, principes, aut alij magistratus,
cognoscendis causis dant operam: hinc fieri non potest,
quin pro huius mundi vsitata consuetudine res agatur,
nemo libenter potentiores lædere sustinet, sed quisq;
assentatur & loquitur ad gratiam, victus aut nummis
aut spe, aut amicitia. Vnde fit, vt miser aliquis victus
& oppressus, causa cadere, ac poenas pendere cogat-
ur. Estq; communis quædam in mundo clades atq;
calamitas, quod iudicio perrarò præsumunt viri boni &
integri.

Neque enim quiuis eirei inuenitur appositus, sed *Iudex.*
sumprimis necesse est, vt is, qui iudicis functurus est *Testis.*
officio, vir sit probus & pius, & non tantum probus, ve-
rum etiam prudens sit & perspicax, nec minori auda-
cia & animi fortitudine præditus. Non secus quoq; o-
peræ precium, vt qui testem acturus est, vir sit fortis, ac
vitz inculpatæ. Qui enim in omnib, causis semper iu-
stè iudicare, neque vim aut iniuriam inferre iustitiæ vo-
luerit: ei sæpiculè amici, affines, cognati, vicini, poten-
tes ac diuites, lædendi erunt & offendendi, qui mul-
tum illi aut obesse, aut prodesse queant. Quocirca o-
mnino cæcus sit oportet, vt clausis & auribus & ocu-
lis nihil audiat aut videat, præterquam quæ illi expo-
nuntur, vt secundum illa ferat sententiam.

*Iudicia &
omnia fo-
rensis offi-
cia confir-
mantur, si
rè & bo-
na consci-
entia fiant.*

Primum ergo eò tendit huius præcepti constitutio, vt quiuis proximo in eius iure tuendo ferat suppetias, neque obftet, neue aliò malitiosè torqueat, & torqueri sinat: verùm omnibus modis promoueat, lique interritè patrocinetur, siue iudicis siue testis personam obtinuerit, quæcunq; tandem res in contentum venerit. Cum primis verò hoc loco iure periti meta præfixa est, quò diligenter videant, vt causas iustè tractent atque integrè, vt quod iustum & iustum esse patiantur: Et contra, ne suis imposturis technis nigra in candida vertant, & praua recta faciant, aut verum reticentes, tacitum prætereant, nulli respectu pecuniarum, opum, dignitatis atque potestatis habito, Et hæc est vna pars huius præcepti, & sensus aliquantò crassior, de omnibus, quæ aguntur in iudicio.

Deinde multò latiùs patet, si in spirituale iudicium aut regimen referatur, vbi ita agitur, vt quiuis aduersus proximum suum falsum loquatur testimonium. Vnicuique enim gentium probi agunt Christiani & prædicatores: eo iam damnati sunt coram mundo iudicari, vt pro hæreticis & apostatis habeantur, imò potius seditiosi & perditissimi latrones dicantur & æstimantur. Ad hæc Dei quoq; verbum turpissimè & virulentissimè insectationem patitur, blasphematur, mendaciter arguitur, malitiosè peruertitur, & falsò hæc & illa torquetur ac deprauatur. Sed hæc in præsentia quidem missa faciamus. Ea enim cæci mundi natura est, vt veritatem & filios Dei improbè condemnet, & iniuriosè insectetur, neq; tamen hoc factum peccati loco estimet.

Tertiò, quod ad nos omnes pertinet, omne peccatum linguæ, quo famam proximi denigrare aut lædere possumus, hoc præcepto interdictum est. Nam loqui falsum testimonium, nihil aliud, quàm oris & linguæ opus

*Damnatur
tota sophi-
stica foren-
sis.*

*Corrupte-
la, quibus
emuntur
patrocina
in malis
causis.*

2.
*Calumnio-
sa mundi
iudicia de
Euangelio
& Ecclesia.*

3.
*Prohibe-
tur priua-
ta maledi-
centia &*

est iam quacunq; ratione linguæ operibus proximus offenditur, hoc Deus prohibet, siue illud fiat per falsos doctores, peruersa doctrina & blasphemijs: siue per iniquos testes & iudices, falso iudicio: siue extra forum, mendacijs & linguæ virulentia. Hucq; inprimis pertinet detestabile illud viriû detractiois siue calumniæ, quæ diabolus penitus nobis in seuit & inspirauit, de quo perquam multa verba faciendæ forent. Est enim hæc quædam perniciofa & communis calamitas, vt quiuis mala de proximo, quàm bona audire malit. Et quànq; ipsi tam sumus mali, vt si quis mali quid de nobis referat, ferre id non possimus, sed quiuis optaret, vt nemo nō optima & aurea quæq; de se prædicaret: audire tamē non possumus, vt & de alijs optima prædicentur. Quare ad deuitandum hoc vitium discamus, nemini videlicet concessum esse, proximum suum propalàm iudicare & obiurgare, tametsi eundem peccantem videret, nisi prius iudicandi & puniendi potestatem concreditam acceperit. Multo enim hæc duo seiuncta sunt discrimine, peccatum iudicare, & peccati esse conscius. Nosse quidem potes peccatum: verùm tuum non est idem quoque iudicare. Proximum meum peccantem audire & videre possum: verùm, vt eundem quoque traducam apud alios, sua peccata palàm faciendo, in mandatis non habeo. Iudicans ergo alium & condemnans, in maius & grauius delictum pro labor, quàm ille erat obnoxius. Itaq; si alicuius delicti conscius es: nihil aliud facies, quàm vt obstructis ore & auribus sepultum relinquant in pectore, donec iudicis prouincia tibi tradita fuerit, & officium puniendi commissum.

Iam illi dicuntur obtrectatores, seu quadruplatores, qui non contenti sunt, se alienorum delictorū esse conscios, verùm iudicandi quoq; partes sibi sumunt, atq; vbi quippiã de alio rescuerint, in omnes id diffundunt

*in rebus
dubijs ca-
lumnia.*

*Philantia.
Inuidis ob-
sonium esse
maledicta.*

*Aliena de-
lictate gen-
da esse in-
ter homi-
nes, & arte
sananda.*

*Obtrecta-
tores qui
dicantur.
Sola nati-*

*ra maleuo-
lentia msl-
tos impellit
ad maledi-
cendum.*

*Temere su-
dicantes ar-
rogare sibi
diuinum
officium.*

*Etiam ve-
ra & ma-
nifesta con-
uicta, qua
erumpunt,
vel ex na-
surapraus-
tate, vel ex
morbo ani-
mi, probi-
beri.*

*Quid fal-
sum loqui
testimoni-
is.*

angulos passim deferentes, semet voluptuose trillantes & perfricantes, alterius fordes mouendo, quemadmodum lutulenta fus in suo cæno se volutat, & rostrum fœdè immergit. Et hoc nihil aliud est, quàm Deo in iudicium & officium eius procaciter irrupere, ac iudicio omnium acerbissimo condemnare atque punire. Neq; enim vllus iudex quempiam grauiore potest punire supplicio, quàm si dixerit: Hic fur est, hic homicida est, proditor est, &c. Quare quicumq; tantum sibi sumserit audaciæ, vt nō vereatur de proximo quiduis petulanter euomere; ille tantū sibi sumit potestatis, quantū Cæsar & omnes magistratus sibi vendicant. Nā quanq̃ gladij potestatem nō vsurpes, tua tamē maledica, mordaci & virulenta lingua vteris, qua bacchanum in proximum eius famæ perpetuas maculas inuris.

Eam ob rem Deus prohibet, ne quis alterum maledico dente carpat, aut alteri probrosè detrahat, etiam si reus sit ille, & hic rem probè compertam habeat: multò minùs verò, quando rei ipsius ignarus, et aliorum tantum relatu quid accepit. Dices autem: Cur verò reticerem, cum verum esse certus sim? Respondeo. Cur non defers eum ad legitimum iudicem? Sed, inquis, hoc ipsum certo testimonio non possum euincere, vnde periculum est, ne falsò intentata calumniæ pœnas incuriam. Hinc illa lachrima, hoc illud est, quod pertimescis. Quòd si non tantum tibi fides, et coram ordinatis personis rem transigas atq; respondeas: vide, vt os tuum etiam priuatim compelas digito. Sin autem conscius es: tibi scias, non alteri. Vt enim latius sparseris, etsi verum fuerit: non nisi impudenter mendax eris, cum verum id esse euincere nequeas, ad hæc sceleratum nebulonem & sycophantam agis. Nemo enim per calumniam suo nomine aut ma fraudandus est, nisi antè propalam damnatus iudicis sententia ea dispoliatus est. Proinde, falsum lo-

testimonium, omne illud loqui dicitur, quod aliquem fecisse, aperte, & quemadmodum decet, non possumus euincere.

Quocirca quidquid sufficienti testimonio nondum satis manifestum est, hoc nemini reuelandum est, aut pro vero referendum. Et in summa, quidquid occultum & arcanum est, hoc in occulto sinendum est, aut occulte, quemadmodum audiemus, redarguendum. Quare ubi cunquo in detractorem incideris, alterius dicta ac facta contumeliosè deferentem, ac petulanter in quempiam debacchantem: audacter huic in os obstitte, ut pudore suffundatur. Ita futurum est, ut crebrò quis os suum obstruat, qui alioqui miserum aliquem in ora hominum pessifera detractioe diffunderet, eas notas ac maculas in iustus, quas agrè aut nunquam possis eluere. Præclari enim nominis ac integræ famæ testimonium citò alicui eripitur: sed semel ereptum, non perinde facilè recuperatur.

Ita vides in vniuersum interdictum esse, mali quippiam loqui de proximo, exceptis tamen magistratibus, concionatoribus, & parentibus, ut hoc præceptum ita intelligatur, ne vitia impunita maneant. Iam quemadmodum Quinto præcepto neminem iubemur lædere, excepto tamen carnifice, qui ex officio nemini commodat, sed irrogatis supplicijs officit omnibus, neque tamen præceptum Dei transgreditur, propterea, quòd Deus huius officij procurationem sua gratia cõstituerit, nam poenarum irrogationem suæ voluntati reseruauit, ut in præcepto primo minatur: Ita quoque quanquam nemo, quantum ad propriam personam attingit, alium iudicare neque damnare debeat: tamen ubi hoc nõ faciunt iij, quibus hoc mandatũ est, equidem iij non minùs peccant ob negligentiam, quàm illi qui extra officium hoc iniussi faciunt. Hic enim exigit necessitas, ut de vitijs sermo habeatur, ut accusentur,

*Non solum peccare se-
stantes &
criminan-
tes de alijs,
sed etiam
auditores.*

*Judicia nõ
sunt prohibi-
ta, sed
mandata.*

*Ministeri-
um Euan-
gelij seu of-
ficium con-
cionatoris.*

*Iudicia
magistra-
tuum, seu
officium
iudicum &
parentum.*

*Vituperatio
quæ sit
sanandi
aut aliorum
admonen-
dorum
causa.*

*De frater-
na admo-
nitione.*

*Exemplum
æconomæ
cum.*

deferantur, in iudicio perquirantur, & testimonio comprobentur. Neq; secus agitur, quàm cum medico, qui nonnunquam ægroti, quem curandum suscepit, loca arcana contueri & contrectare necessitate cogitur. Ita quoq; magistratus, parentes, fratres atq; sorores, tum qui amici sunt inter se, hoc mutuo obstringunt officio, vt, vbi vtile fuerit ac necessarium, alter alteri vicissim reprehendat vitia.

Cæterum hæc recta esset ratio obiurgandi vitia, si ordinem præscriptum in Euangelio obseruaremus, vbi Christus inquit: Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripue eum, inter te & ipsum solum. Vides hic præclaram doctrinam tibi propositã, qua linguam gubernabis, quæ etiam diligenter animaduertenda est, contra perniciosum detrahendi abusum & vitium. Ad huius itaque doctrinæ amissim tuam vitam institue, ne tam citò proximi tui famam in vulgus efferas, eumque scèdè ac turpiter trudas, sed occultè compias ac moneas, vt mutata vita resipiscat. Similiter alium quoque aliquid tibi susurrantem, aut deferentem, quid hic aut alter flagitiosè designauerit, doce facere, vt eat, illumque ipsum corripiat, si viderit, sin minus, vt os a detractione clausum teneat.

Hoc etiam discere potes, ex quotidiana rei familiaris procuratione. Ita enim agere solet paterfamilias, videns seruum suum cessare, aut suo non fungentem gnauiter officio, ipse per se eundem obiurgat & admonet officij. Verùm si tam vecors esset & amens animi, vt relicto domi compressis (quod aiunt) manibus, desidente seruo, in forum progressus, seruilium locotiam vicinis conquereretur, haud dubiè ab ipsè audire cogeretur: Quid verò hoc nostra interest, o caput mutis modis ridiculū, cur illi ipsi ista nō exprobras? Eodem ad hunc quidè modum fraternè ageres, vt emendarer vitia, & proximi tui fama maneret salua atq; integra. Sicut etiam Christus ipse eodè loco testatur, inquit:

Si te audierit, animam fratris tui lucratus es. Ita quidem magni ac memorabilis operis author extitisses. Aut tu fortè rem leuiculam esse existimas, fratrem lucrifacere? Sine verò omnes monachos ac sacros ordines ad vnum in vnam massam conflatos prodire, num tantam sibi laudem vendicare possint, se suis operibus vel vnum lucratos esse fraterculum.

Eodem loco Christus docet vterius: Si autem te non audierit, adunge tibi adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: Ita vt semper res ipsa cum eo transigatur, cuius maxime interest, ne quid prorsus absenti maledicè detrahatur. Porro, si hæc omnia ad emendandum fratrem paruerunt valida aut efficacia: deser hæc omnia pro palam iudicanda Ecclesiæ, siue spiritualibus, siue secularibus magistratibus. Neq; enim hic solus causam agis, sed habes tuos illos testes tibi coniunctos, accusationem tuam comprobantes, cui innixus iudex intrepidè iudicare & pœnam irrogare potest. Ac tum quidem legitimo iure ac ordine eò perueniri potest, vt malorum improbitas aut coëreatur, aut in melius emendetur. At qui quando alius passim detractionibus infamatus, passim per omnes vrbis angulos traducitur, tantùmq; sordes commouentur: nemo emendatur, ac deinceps vbi res comprobanda erit testimonio, quisq; à se dictū esse pernegat. Quapropter rectissimè cum hisce detractoribus ageretur, vt grauissimas intemperantis linguæ pœnas luentes, omnem maledicendi & obrectandi voluptatem amitterent, vt alij inde exemplum sumentes, linguæ virulentiam dediscerent. Si hæc fierent à te, in rem proximi, aut veritatis amore faceres: clandestinis ac furtiuis calumnijs rem non ageres, neq; diem & solem lucifugæ initar vitares.

Hæc omnia hæctenus de occultis peccatis dicta sūt. Caterùm vbi peccatum planè manifestum est, vt neq;

Ordo iudiciorum à Christophoro scriptus.

Infligito manifeste

*abstinen-
dum à con-
suetudine
scelerati.*

*Corrigendi
morbi, qui
vel pariu-
vel confir-
mant lin-
gua petu-
lantiam.*

*Virtutes
vel opera
huius pra-
cepti.*

*Similitudo
sumta à
structura
membro-
rum huma-
ni corporis.*

iudici neq; cuiquā obscurum sit: tunc sine omni peccato illius commercium vitare, eumq; missum facere potes, vt cum, qui se vtrò expoluerit dedecori. Vbi enim res manifestè liquet omnibus, ibi neque obtrectationi, neque falso iudicio, neque improbis testibus locus relinquatur. Veluti cum hodie Romanum Pontificem, tanquam Antichristum falsæ doctrinae coarguimus, quam editis in lucem libris passim diuulgauit, & per totum orbem infinitarum animarum exitio proclamata disseminauit. Vbi enim peccatum manifestum est: ibi non iniuria & pœna manifesta illud conquitur, vt quiuis exemplis monitus illud cauere possit.

Ita iam huius præcepti summam & communem intellectum paucis explicatum habemus, ne quis suo proximo, æquè amico atq; inimico linguæ maledicæ petulantia noceat, ne de malè de eo loquatur, siue verum illud, siue confictum, cum neque ex mandato loquatur, neque in vsum aut ædificationem proximi. Si ita sua lingua vtatur, vt eius patrocinium profit æferat æquè omnibus, de vniuersis ac item singulis honorificam mentionem faciendo, vt illorum peccata atq; defectus officiosè contegat, amicè excuset, suoq; ipsius honore amanter exornet. Ad quod hac potissimum causa prouocandi essemus, quam Christus ipse indicat in Euangelio, quaq; quodam quasi compendio, omnia præcepta erga proximum obseruanda comprehensa voluit, inquit: Quidquid volueritis, vt faciant vobis homines, hoc etiam facite illis.

Quinetiam natura ipsa in proprio quæque corpore hoc docet, quemadmodum Paulus 1. Cor. 12. inquit: Membra corporis, quæ videntur infirmiora esse, necessariora sunt: & quæ putamus ignobiliora esse, membra corporis, his honorem abundantiorum circundamus, & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorum honestatem habent. Faciem, oculos, nares, os nem-

contegit, neque enim egent, vt velentur, vt quæ per se membra sunt honestissima omnium, quæ habemus. Cæterum infirmissima quæque, quorum nos pudet, si conspicerentur, illa omni studio conteguntur, atq; hic quidem manus, oculi, vnà cum vniuerso corpore in hisce tegendis & velandis occupati sunt. Non secus nobis quoq; inter nos faciendum est, vt quidquid in proximo nostro parum fuerit honorificum & infirmum, hoc accuratè exornemus, ac omnibus viribus eius honori tuendo seruiamus, opitulemur, eius famam amplio- rem faciamus, & contra, quidquid illi possit aut ignominie aut dedecori esse, studiosè propulsemus. Estq; præcipuè hæc præclara virtus & illustris, qui omnia, quæcumq; de proximo dicta audierit (si non manifesta fuerint flagitia) in optimam partem interpretari nouerit, aut æqui boniq; consulere, contra linguas venenatas atq; pestiferas, quibus vnice studio est, vt si quid expiscentur & arripiant, quod in proximo reprehendere queant, illud pessimè interpretentur, aut malitiosè peruertant: quemadmodum iam omnium maxime Dei verbo, eiusq; doctoribus solet contingere. Sunt itaq; in hoc præcepto valde multa bona opera, quæ & Deo summè placent, & abundè multum benedictionis & bonorum secum apportant, si modò ea per- dita huius mundi cæcitas, & falsi illi sanctuli agnosce- re vellent. Neq; enim quidquam est in toto h. m. m. c. quod longè lateq; perinde plus bonorum, ac iidè plus malorum, æquè cum in spiritualibus, tum in munda- nis negocijs operari potest, atque lingua, quanquam omnium membrorum, & minimum sit & inuaidissi- mum.

PRÆCEPTVM IX. & X.

Non concupisces domum proximi tui,
Nec desiderabis vxorem eius, non seruum,

non

*Virtus om-
nium pul-
cherrima
& vicina
Veritati
candor.*

Lingua.

non ancillam, non bouem, non asinum, neque
omnia, quæ illius sunt.

*Cur postrema duo
præcepta
tradita.*

*Consuetudines &
opiniones
populi Iu-
dæici.*

*Interpre-
tatio huius
præcepti.*

HÆc duo posteriora præcepta Iudæis peculiari-
ter data sunt: quanquam ad nos quoque nonnulla
ex parte pertineant. Neque enim de praua car-
nis libidine aut furto illa interpretantur aut intelli-
gunt, quæ supra abundè interdicta sunt. Putabant quo-
que, alia omnia sanctè se seruasse, si externè fecissent,
aut non fecissent opera. Et eam ob rem Deus hæc duo
alijs præceptis adiecit, ut hæc quoque pro peccatis adhi-
mentur, Vxorem aut rem proximi concupiscere, aut a-
liquo pacto pro ea potiunda conari. Et hoc eam ob
causam potissimum, cum in Iudaismo serui & ancillæ,
non ut nunc erant liberi, ut huic aut illi mercede con-
ducti pro suo arbitratu, quam diu libuisset, seruiissent
sed domino erant propriè mancipati, unà cum corpo-
re & rebus omnibus, quemadmodum pecora, & reli-
qua substantia. Ad hæc ea quoque potestas in vxorem
suam cuique erat libera, ut illam dato libello repudi-
are se posset dimittere, ac aliam ducere. Iam in hoc vicis-
sim inter se periclitabantur, ne quis alterius vxoris cu-
pidus, sumpta alicubi occasione, & suæ repudium re-
nunciaret, & alteri suam ereptam ipse aliquo modo &
prætextu ficto consequeretur. Iam hoc apud Iudæos
non habebatur dedecorosum, multò minùs, quam
quod apud nos iam cum mancipijs agitur, quando pa-
ter familiàs seruum aut ancillam è seruitio repudiat,
aut alius alium alio quouis modo suis ministris priuat.

Proinde hæc præcepta ita, in quæ, interpretati sunt,
& rectè quidem (tamen & latius aliquantò pateant)
ne quis cogitaret, vel in animum induceret, rem alte-
rius, nempe, vxorem, familiam, domum, agros, præta,
pecora sibi vendicare, etiamsi ea res cum aliquo hone-
statis prætextu fieri possit, neque tamen citra damnum

proxi-

proximi. Suprà enim præcepto septimo illud interd-
ctum est vitium, quo aliena bona alteri eripiuntur, &
per vim possidentur, id quod nullo iure fieri potest. Hic
verò ea quoq; animi prauitas & versutia interdicta est,
ne quid proximo persuasione aliqua è manibus aufe-
ramus, etiam si coram mundo illud honestè fieri possit,
ne quis exprobrare tibi queat, te per vim & iniuriam id
esse consecutum. Ita enim natura comparatum est, vt
nemo tantum faueat alteri, quantum sibi, & quisque
quantum potest, tantum ad se per fas atq; nefas rapiat,
non valdè sollicitus, quid relinquatur alteri. Ad hæc
probi etiam haberi volumus, eamq; animi versutiam
atq; improbitatem pulcherrimè ornare atq; tegere nõ-
uimus, diu noctuq; tam ingeniosas technas atq; im-
posturas inquirimus atque fingimus (quemadmodum
quotidie iam acutissimè excogitantur & inueniuntur)
quasi è iure ac legibus petitas. Neq; veremur, ijs fredi
decipulis è iure falso citatis, ferociter & superbè omni-
bus obsistere: neq; improbitatem aut nequitiam hæc,
sed industriam ac prouidentiam nominari volumus.
His omnibus suffragantur & opitulantur quoq; Iuris-
periti atq; legum doctores, qui, si qua spes improbi-
tati affulserit, ius per vim torquent ac trahunt, pro-
ut causæ seruire posse videtur, verbula in commodum
suum excerpentes, posthabita & æquitate, & proximi
necessitate. Atq; vt in summa dicam, qui hæc in re o-
mnium fuerit ingeniosissimus & exercitatissimus, huic
iura omnium fortissimè suffragantur, vt & inquit i-
psi: Vigilantibus iura subueiunt.

*Iurispræ-
dientia &
legum abu-
sus.*

Quare postremum hoc præceptum non improbis
in mundo nebulonib. conditum est, sed ijs, qui volunt
esse vita inculpatissima, qui laudari cupiunt, & videri
longè omnium optimi & integerrimi, vt qui aduersus
priora præcepta nihil prorsus deliquerint. Quales præ-

*Hæc postre-
ma præce-
pta non per-
tinent ad
disciplinã,*

cipue

*sed ad su-
periores
& sum legu.*

*Peccata pr-
gnantia
cum hoc
praecepto.
Iniusta cu-
piditate ho-
nestas cau-
sas exerce-
re.*

*Exempla
in familijs
& impe-
rijs.*

*Honeste
appellatio
praeexistit
& furis &
simulatus
contracti-
bus.*

cipue Iudæi esse contendebant, & nunc multi adhuc magni Proceres, nobiles & Principes. Etenim alia illa communis turba & sex popularis, ad locum multo inferiorem, nempe, præceptum septimum releganda est, ut cui non nimium curæ est, qua laude aut integritate sua bona sibi parauerit.

Iam hæc potissimum in his negocijs vsu venire solent, quæ in contentionem forensis perducta sunt, quibus decretum est, proximo à nonnulla parte bonorum excusso aliquid eripere. Veluti exempli gratia, cum de pingui atq; opulenta aliqua hæreditate contentio est, aut si quando aliæ res magnæ in medium vocantur. Hic quisque ad tuendam suæ causæ æquitatem adducit, quidquid vsquam vel speciem iusti obinet, quod tanto verborum apparatu exornat, ut illi suffragari cogatur, eoq; titulo erepta bona retinet, ut nemo posthac ijs de rebus, cum eo pedem (quod dicitur) conferre audeat. Præterea, si quis aut arcis, aut ciuitati, aut comitatui, aut alioqui rei magnæ adiectum oculum, ac tantum largitionibus, vel per amicos, vel quavis ratione alia efficere potest, ut alio inde pulso sibi adiudicetur possessio, eademq; ad hæc literis & sigillis confirmetur, ut titulo principali & honeste acquisita esse dicatur.

Similiter quoque in vulgaribus illis & publicis commercijs & contractibus, vbi alter alteri è manibus aliquid prompta quadam astutia eripit, ut alteri illi tanquam lupo hianti discedendum sit: aut alioqui alterum iniqua contractione vrget & obruit, nonnulla spe lucri aut emolumenti ad se redituri conspecta, qua alter ille aut pressus necessitate, aut æris alieni magnitudine victus, sine dispendio obtinere aut aliquid non potest, ut dimidium, aut etiam amplius dimidium inuenit & lucrifecerit. Neq; tamen hoc inique partum aut vi ereptum, verum iustus contractus dicitur esse. Hoc non est aliud, quam quod dicitur: Partes

qui prior ad dandum est. Et quisq; sui emolumentum rationem habeat, foroq; utatur, non admodum sollicitus, quid proximus habeat. Et quis velit esse tam solers ac perspicax, ut omnes defraudandi ac imponendi rationes ac vias excogitaret, quibus honesta quadam specie aliquid insidiosè eripientes alteri, nobis vendicamus? Quod tamè mundi iudicio, ut iniquè actum aut inhonestum non existimatur, neq; legibus vindicatur: sed neq; videt quisquam ita proximum opprimi, eidemq; eripi, quo citra singulare dispendium carere non potest: cum tamen pro certo constet, esse neminem, qui hac sibi ab alio fieri velit, aut æquo animo sustineat, ut facile appareat, eiusmodi prætextus & effugia mala esse & improba.

Ad hunc quoq; modum apud antiquos agebatur in re vxoria, vbi tales technas cominiscabantur, ad lubricante & arridente alicuius oculis alterius coniuge, ut per se aut alios (velut multiplices erant harum fraudum fruendarum viæ) tantum efficeret, ut maritus cum vxore simulatè susciperet, aut illa marito aduersaretur, neq; in omnibus eius voluntati esset morigera, ita, ut repudiatam cogereetur à sese dimittere, ac alteri concedere. Hic abducendarum vxorum mos haud dubiè apud Iudeos frequens fuit & vitatus: quemadmodum in Evangelio quoq; de Herode legitur, qui vxorem fratris sui adhuc viui sibi ducebat, qui tamen alioqui vir iustus & integer vitæ haberi contendebat, sicut Marcus illi quoque tert testimonium. Cæterum eiusmodi exempla spero apud nos locum non habitura, cum in nouo testamento legibus intercepta sit & antiquata repudiandi licentia: nisi fortasse quispiam alteri sponsam egregiè dotatam, quadam versipelli vafricie è faucibus præriperet. Porro autem, ut alter alteri seruos aut ancillas abalienet, aut alioqui blandis verbis persuasus abducatur, equidè apud mostrates non est rarum aut insolens.

*Prætextus
divortio-
rum apud
Iudeos &
gentes.*

*Herodes
exemplum.*

iam

*Pœna talis-
um impo-
siturum
& fraudū.*

Iam quocunque modo hic dolus malus fieri potest sciendam est, Deum nolle pati, vt tu aliquid detrahas proximo, quod suum est, vt ille egeat, tuq; tuæ seruitutis auaritiæ, etsi illud non contradicente mundo honorifice retinere posses. Est enim occulta quædam & insidiosa lycophantia, qua (quemadmodum dicitur) sic cum fecisti proximo, ne animaduerti ac deprehendi possit. Nam tametsi perinde te geras, quasi nemini feceris iniuriam: plus iusto tamen onerosus existis proximo. Etsi neq; furti neq; fraudis insimulandus es, certum tamen est, te rem proximi concupisse, hoc est pro ea consequenda laborasse, præter voluntatem eius abalienasse, eidemq; quod diuina liberalitate consecutus est, inuidiosè non fauisse. Et quanquam neque iudex, neque quisquam alius tibi id audeat eripere vicissim; neq; tamen Deus iridem eo te pacatè frui permittet. Ipse enim fraudulentum peccatū, & mundi huius uasritiem acutè perspicit, quæ ubi vel lati digressu libertatem atq; licentiam consecuta fuerit, mox omnimodum excedit, ac deniq; in apertam vim atq; iniuriam prorumpit.

*Communis
intellectus
huius do-
ctrina.*

*Hæc lex
iure com-
lectitur,*

*& affectus
natos, &*

*causam vi-
olentem mor-
talem natu-
ræ.*

Huius ergo præcepti communis intellectus est. Primum, vt hoc cautum sit, ne damnum proximi debeamus, neq; ad id adiutores simus, vel re, vel consilio causam nocendi proximo suppeditantes, verum quicquid habuerit, candidè faueamus, sinamulq; hanc, vt omnibus officijs promouentes, ab iniuria quæque res, suas defendamus, quemadmodum cupimus idem ab alio nobis fieri & contingere. Ita, vt præceptum hoc, ad inuidiam & foedam insatiabilem habendi cupidinem respiciat, quo Deus causam atq; adeo ipsam radicem funditus euulsam auferat è medio, vnde omnes proximo nocendi viæ ac rationes prolulant. Vnde illud quoq; hisce verbis expressè & significanter extulit: Non desiderabis, &c. Cordis enim po-

ritatem

ritatem cum primis quæritat, tametsi eandem plenè, quoad in humanis agemus, nunquam consequemur: Ita vt hoc præceptum cum cæteris omnibus facilè præceptum inaneat, quod citra intermissionem nos accuset, iudicetq; quàm probi coram DEO simus.

CONCLUSIO DECALOGI.

IAM ergo explanata, utcunque habemus Decem præcepta, potiorè diuinæ doctrinæ summam indicantia, quid nobis faciendum sit, vt tota vita nostra Deo probetur & placeat. Præterea fontem ipsum ac scaturiginem, ex qua ebulliant, & in quam redeant vicissim omnia, quæcunque bonorum operum nomina censenda sunt, ita, vt extra decem præcepta nullum bonum opus, quod quidè Deo placere possit, esse existimandum sit, quamlibet tandem coram mundo aut bonum aut magnum, aut speciosum esse videatur. Si ne iam vicissim videamus, quid nostri magni illi heroës sanctitate spectabiles iactare possint, de spiritualibus suis & difficilissimis operibus, quæ ipsi vltro excogitarunt, sibiq; facienda proposuerunt, & hæc à Deo præcepta missa faciunt, quasi leuiores & viliores, aut iam dudum præstita essent.

Ego equidem in ea sum sententia, cuius abunde hinc præscriptum esse, quod efficiat, *ἵνα οὐ τις δύναται χεῖρον ἔχειν ὑμῖν*, nempe, vt hæc diligenter seruaremus, mansuetudinem, patientiam, & amicum erga inimicos animum, castitatem, commodandi promptitudinem, atque id genus alia, quæ his virtutibus annexa sunt. Verùm eiusmodi opera, nihil splendoris & autoritatis coram mundo habent. Neque enim rara & noua sunt, & fastu turgida, certis temporibus, locis, personis, ritibus, habitibus, destinata, sed communia, proterita, & domestica, quæ vicinus erga vicinum exercere potest, eam ob rem nullius sunt autoritatis & precij.

*Decalogus
(summa do-
ctrina o-
mnium
virtutum.*

*Hypocrita
maioribus
titulis or-
nant hu-
manos vi-
tus, quàm
legem di-
uinam.*

Hh

Porro

Porro autem illa alia hominum & ora & oculos se conuertunt, quæ ipsi quoque sumtuosissimis ceremonijs, magnis impensis, regijs ædificijs prouehunt atq; ita exornant, vt omnia summe niteant ac splendiant. Ibi thura incenduntur ac thymiamata, ibi pullatur & cantillatur, planèq; omnia concentu perstrepani. Alibi incenduntur cerei, vt præ his alia neque uide neque audiri queant. Nam quod sacrificus quispiam picturata auro casula amictus conspicitur, aut laicus quispiam per totum diem flexis innititur genibus in Ecclesia, secum nescio quid murmurans: hoc uero opus speciosum & præclarum dicitur, quod à nemine sufficiente laudari potest. Cæterum quod misera aliqua puellula infanti in cunis posito sedulo seruit, ac fideliter, quod illi demandatum est, facit: illud uero multo magis precij habendum est. Quid enim aliud uentrosi monachi, & lasciuæ ac prurientes libidine moniales in monasterijs suis quærirant?

*Pharisæicus error
inanis fiducia monasticorum cultuum.
Deliramentum perfectionum monasticarum.*

Vide uero, an non hæc detestabilis quædam sit illorum desperatorum hominum præsumptio, qua sibi tantum sumunt, vt audeant sublimiorem vitam & ordinem inuenire, quam decem præcepta docent, affirmantes, vt dictum est, vitam esse simplicem ac leuiculam, tantumque uulgò obseruandam & lectandam, suam uero sanctis & perfectis conuenientem & propositam. Neque uident calamitosi illi & talpis longè cæciores homines, nullum hominem eò rem deducere posse, vt vel vni præceptorum perfectè satisfaciatur, ut satisfaciendum est, sed subuenire nobis necesse sit sicut audiemus, & fidem & orationem, qua præceptorum seruandorum vim atque uirtutem queramus ac precemur, indefinenterq; accipiamus. Quapropter eorum iactantia non est alia, quam si iactarem & dicerem: Equidem neque grossum habeo, quem debitoribus

bus meis numerem, decem tamen aureos per facile
exoluant.

Hæc propterea hoc diligentius dico & inculco i-
dentidem, ut tandem à miserando illo abusu, qui usq;
aleò inualuit actis profundissimè radicibus, & adhuc
adhæret omnibus, liberemur, & assuescamus, ex omni-
bus totius orbis ordinibus huc ratùm intentos habe-
re oculos, deq; his esse solliciti. Nullo enim vnquam
tempore vllam doctrinam aut vitæ ordines inuenie-
mus, quæ decem præceptis aut pares sint, aut confe-
rendi: cum ita sint sublimia, ut ea nullus homo vnquam
suis viribus assequi queat. Et qui eadem assecutus fue-
rit, celestis & angelicus homo perhibendus est, longè
lateq; omnem mundi sanctitatem excedens. Tantùm
vide, ut ea tibi proponas, tuiq; in ijs ipsis periculum
non legatiter facias, omnes virium tuarum neruos in-
tendens & exerens: ac illico senties, tantum tibi su-
peresse negocij, ut superuacaneum existimaueris, alia
sanctitatis aut præstantioris vitæ opera ambitiosè cu-
rare atq; querere. Et hæc de Prima parte, cum ad mo-
nendum, tum docendum dicta sufficiant. Ut tamen
aptius ei rei finis imponatur, illa nobis verba hic repe-
tenda sunt, quæ suprâ quoq; in Primo præcepto ex-
planauimus, ut discamus, quantum operis Deus im-
pendi velit Decem præceptis probè perdiscendis, in-
culcandis & exercendis.

Ego sum Dominus DEVS tuus fortis ze-
lotes, visitans iniquitatem patrum in filios,
in tertiam & quartam generationem, qui me
oderunt, Et faciens misericordiam in millia
his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta
mea.

HÆc appendix quanquam, ut suprâ audiui-
mus, sub initium primo præcepto annexa est: omni-

*Detestan-
da insana
fugentium,
posse legi
Dei satisf-
fieri.*

*Hæc ap-
pendix in-
telligatur*

*addita tota
Decalogo.*

*Comminationes &
promissiones.*

Pœna.

Pramia.

*Opera ceterorum
præceptoris
ita place-
re, cum
precedunt
opera pri-
mi præce-
pti.*

*Primi
præcepti
simplex*

um tamen præceptorum gratia positum esse, negare non possumus, ut quæ coniunctim omnia huc referenda & dirigenda sint. Quare dixi, hæc quoque iunctim proponenda, & identidem occinenda esse, ut dilecti & tenaciter retineat, quod certum nobis fiat, quare huiusmodi præceptorum observationem & adigendum & impellendum essemus. Neque aliter hæc verba intenda sunt, quam si ad vnumquodque singillatim adiecissent, ita ut in his & per hæc proficiscantur omnia. Iam (ut prædictum est) hæc verba vno quasi fasce, & terribiles minas, & amicam promissionem, in se complectuntur, ut nos partim & terreant & admoneant partim amanter prouocent & pelliciant, ut eius verba, perinde, ut diuinam quandam seu eritatem, arripiamus ac magnificiamus: quandoquidem ipse hoc taciturnum non præterit, quanti sua verba faciat, aut à nobis fieri velit, tum quam seuerè eadem tueri decreuerit, nequè, quod acerbissimis supplicijs terribiliter exercuturus sit omnes eos, qui sua præcepta contempserint & violauerint: Et vicissim, quam largiter remunerari benefacere, & omnia bona largiri velit ijs, qui magis ea faciunt, & libenter iuxta præscriptum eorum viuunt & agunt. Quare hoc à nobis exigit, ut omnimodali proficiscantur pectore, quod Deum tantummodo metuat, eum vnice in oculis habeat, quodque hoc metu inductum omnia illa accuratè caueat, quæ eius voluntati repugnare videntur, ne Deum ad iracundiam prouocet: & contra quod illi vnice fidat, quodque eius gratiam faciat omnia, quæcunque animo ei gratata esse intelligit, quandoquidem tam amicam paternum erga nos animum præ se fert, nobisque omnibus vltro offert omnes totius in exhaustæ gratiæ ac benedictionis diuitias.

Et hæc quoque primi ac præcipui præcepti, ex quæ cætera omnia manant & ebulliunt, sententia est, & vera ac genuina interpretatio, ita, ut hoc verbum (no

habebis Deos alienos) nihil aliud simplicissimè expo-
situm in se complectatur, quàm hoc ipsum, quod hic
enigatur, nempe: Tu me velut vnicum & verum Deum
tuum metuas, me ames, tuam fiduciam in me solum
reicias, volo. Vbi enim eiusmodi erga Deum cor ere-
ctum est: hoc & præsens & reliqua præcepta omnia ad
vnum compleuit. Contra quicumq; aliud in cœlis aut
in terra pertimescit & amat: neq; hoc, neq; alia vlla
seruabit. Ita tota scriptura passim hoc vnum præ-
ceptum docuit, & subinde inculcauit, neque non om-
nia ad hæc duo, nempe, timorem Dei & fiduciam, re-
tulit. Cum primis verò Propheta David nihil aliud
venè per omnes Psalmos docet, velut cum inquit: Be-
neplacitum est Domino super timentes eum, & in eis
qui sperant super misericordia eius. Quasi totum præ-
ceptum vnicò versiculo explicatum esset, eiusque hæc
summa foret: illi Deo summè placent, quibus non sunt
dij alieni.

Ad eum modum Primum præceptum lucere debet,
leg; te splendorem emittere, vt alijs omnibus lucem
præbeat. Quamobrem hæc verba per omnia præcepta
penetrare debent, veluti ligneus in fertis circulus, vt
in eum cum principio copuleat, & omnia vno quasi fasce
complectantur, vt subinde reperantur animo, ne me-
moriz excidant, nempe, in Secundo præcepto, vt De-
um metuamus, eius nomine non scèdè ac impiè abuta-
mur, ad execrandum, maledicendum, mentiendum, fal-
sè loquendum, aliasq; improbitates & vitia exercenda, verùm
benè & rectè eo vtamur, inuocando, precando, laudan-
do, & gratias agendo, amore ac fiducia Dei incitati,
iuxta Primi præcepti constitutionem. Similiter eo ipso
metu, amore atq; fiducia incitandi sumus, vt eius ver-
bum non contempnim respiciamus, aut delicati fastidia-
mus, sed auidè discamus, libenter audiamus, sacrosan-
ctum, preciosum & honorificum habeamus.

*Et naturalis
interpretatio.*

*Tota scri-
ptura ex-
plicatio pri-
mi præce-
pti, de ti-
more &
fide.
Psalm. 147.*

*Opera po-
sterioris
tabula, ve-
rè sunt cul-
tus, cum gu-
bernantur
a timore &
fide.*

Ita quoque deinceps per reliqua præcepta, virtutes Primi erga proximum obseruanda, gradus faciendæ sunt, vt parentes, dominos, ac omnes Magistratus honorantes, habeamus in precio, libenter eisdem obediētes obsequamur, non quidem ob illorum, sed diuinæ voluntatis authoritatem. Neq; enim tibi parentes respiciendi sunt, neq; quicquam illis gratificandum ac omittendum: sed eò fac respicias, quidnam rei Deus te exigit, quod fidenter à te postulaturus est. Quare, si negligens fueris, iratum ac sæuum iudicem: si feceris, clementem Patrem experiere. Præterea ne quam proximo tuo iniuriam aut damnum inferas, vel vim facias, neue vlla in re illi incommodes, siue corpus eius, siue coniugem, siue opes, honorum aut ius spectes, veluti omnia hæc ordine sunt mandata: et si ad hæc commodè perpetranda, neque locus tibi d'esset, neque occasio: ad hæc nullius hominis reprehensionem eo nomine incurreres: sed de omnibus benè merearis, omnes officiosè iuues ac promoueas, quacunque ratione & vbiq; potes, tantùm in hoc, vt Deo obedias, hac fiducia, eum ipsum omnia hæc largiter tibi compensaturum. Ita vides, quomodo Primum præceptum caput ac fons sit, vnde reliqua omnia suam trahunt originem, quodq; rursus omnia alia retrò pertrahant se pendentia, vt & finis & principium, vno indissolubili modo colligata & copulata sint.

*Vilissimam
& saluberrimam
esse meditationem
Decalogi.*

Talia, inquam, operæ precium est, vt iuuentuti nunquam non proponantur, monendo incalcentur, & in memoriam assiduè repetendo reuocentur, vt non tantùm fultè ac plagis, quemadmodum pecora ratione expertia, sed etiam in timore ac cultu Dei pia quadam ratione educantur. Quicunq; enim hæc considerant & animi serua quadam cogitatione perpendunt, esse vident licet hæc non humanæ rationis cominenta, sed summæ maiestatis mandata, quæ tanta seueritate contemto

res eorum punire, contra verò factores eorum inæstimabilibus bonitatis suæ diuitijs remunerari velit: illi hæc sponte ad faciendum Dei voluntatem satis erunt propensi. Quare in veteri Testamento non temerè mandatum erat, vt Decem præcepta omnibus inscriberentur parietibus, angulis, & vestibulis: non in hoc, vt tantùm inscripta spectanda circumferrentur, quemadmodum facit Iudæi consueuerant: sed vt citra intermissionem obuersarentur oculis, & memoriæ occurrerent, in omnibus nostris negocijs & actionibus. Sint ergo cuiq; hæc quotidiana exercitia & studia, in omnibus casibus, negotijs & officijs, ac si omnibus insculpta locis legenda occurrerent, quocunq; oculorum aciem flexerit, imò potiùs vbicunq; inceserit, aut presso vestigio steterit. Ita fiet, vt æquè & domi, & foris, erga vicinos, semper sufficientem causam inueniamus Decem præcepta exercendi, vt nemini ea incumbat necessitas illa procul petendi.

Ex his omnibus iam facilè existimare licet aut videre, quousq; hæc præcepta extollenda, aut quanti tandè facienda sint, præ omnibus & operibus & ordinibus, qui doceri consueuerunt. Hic enim confidenter dicere possumus, vt ad vnum prodeant omnes sapientes, & quotquot sanctimonix titulo superbiunt, num vnum queant opus quamlibet pusillum producere, quod vel extremo horum præceptorū opusculo æquiparandum sit, quod tanta seueritate Deus à suis exigit, & faciendū præcipit, tantā tamq; intolerabilē transgressoribus interminatus iracundiā, & contra factoribus adeo splendidas promissiones pollicitus, se nimirum inexhaustis benedictionis suæ diuitijs tantùm non obruturum eos. Quocirca non iniuria hæc præcepta omnibus alijs doctrinis anteferenda sunt, inq; magno habenda precio, tanquam thesaurus quem à Deo accepimus, omnium preciosissimus.

*Decalogi
doctrina
tam copio-
sa & subli-
mus, &
nunquam
satis per-
spici, nun-
quam ex-
haustiri
possit.*

SECUNDA PARS CATECHISMI.

Symbolum Fidei.

Ordo partium Catechismi.

Quare sit opus doctrinae seu professione Symboli.

Duodecim articuli fidei.



ACTENVS Catechismi, hoc est Christianae doctrinae primam partem audiuius, in qua, quid facere, quid omittere nos Deus velit, vidimus. Hanc deinceps iusto ordine fides subsequitur, qua nobis summatim, quid à Deo nobis expectandum & accipiendum sit, proponitur, atque vt paucis dicam, eundem nos per omnia docet cognoscere. Quae eò nobis seruire ac prodesse debet, vt illud, quod praecipit, facere queamus, dum ea exigentibus praecipit facere cogimur. Nam (vt supra dictum) adeò sublimis & alta eorum est constitutio, vt omnium hominum vires longè leuiores sint & inuadiores, quam vt eandem possint assequi aut contingere, & ei satisfacere. Eam ob rem nihilo minus necessarium est, hanc partem perdiscere, quam priorem, vt letemus, quomodo praecipit satisfacere queamus, & vnde tanta vis ac virtus perenda aut impetranda sit. Et enim, si proprijs viribus diuinis praecipit satisfacere possemus, quemadmodum illis satisfacendum est: & fide & precatione haud difficulter careremus. Prius verò quam eiusmodi & utilitas & necessitas fidei exponatur: initio sufficit pro rudibus planè, vt fidem posse comprehendant, & intelligere discant.

Principio Theologi nostri fidem haecenus in duodecim Articulis diuiserunt: quanquam si omnes particulae, quas tradit Scriptura, & ad fidem referendae sunt, sigillatim comprehenderentur, multo plures sunt.

Articuli, sed neq; tam paucis verbis satis significanter possunt exprimi. Verūtamē vt quā facillimē & simplicissimē comprehendantur, voluti pueris tradendi sunt: totum fidei Symbolū tribus tantū principalibus Articulis complectemur, iuxta tres diuinitatis personas, ad quas omnia, quæ credimus, referuntur & ordinantur: Ita vt Primus Articulus de Deo Patre, creationem explicet, Secundus de Filio, redemptionem, Tertius de Spiritu sancto, sanctificationem. Quasi fides quā breuissimē tot verbis comprehensa esset: Credo in Deum Patrem, qui me creauit, Credo in Deum Filium, qui me liberauit, Credo in Spiritum sanctum, qui me sanctificat. Vnus Deus & vna fides, verū tres personæ, quare tres etiam Articuli & confessiones. Iam ergo ipsa fidei verba breuiter percurremus.

ARTICVLVS I.

Credo in Deum Patrem, omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

Quanam sit Dei Patris essentia, voluntas & opus hisce verbis compendiosissimē adumbratum & propositum est. Cū enim Decem præcepta docuerint, non esse nisi vnum Deum habendum & colendum: in quæstionem venire posset, quid Deus esset, quid operis faceret, quibus deniq; rebus laudandus sit aut depingendus, vt cognoscatur. Hoc iam sequens docet Articulus, fidem nihil aliud esse, quā responsonem quandam & confessionem Christianorum, ad Primum præceptum ordinatam. Velut puer interrogatus à quopiam, Quemnam Deum habes, aut quid de illo compertum tenes? Respondere possit: Primum quidem hoc Deus meus est, videlicet Pater, qui cœlum ac terram condidit. Extra hunc vnum nullum alium Deum esse credo, præter hunc enim nemo est,

*Symboli
Apostolici
tres articu-
li præcipuè.*

*Pater fons
omnium
beneficio-
rum.*

*Vnus Deus,
tres perso-
na.*

*Primus ar-
ticulus in
Symbolo
complecti-
tur doctri-
nam de ve-
ra agnitio-
ne Dei.*

qui sua virtute atque potentia cœlum ac terram possunt condere.

*Sententia
articuli de
creatione
in præsen-
tia Dei su-
stentantis
creaturas.*

Creator.

*Omnipo-
tens.*

Cæterum pro doctis, & qui aliquam Scripturæ cognitionem sibi parauerunt, ij tres Articuli aliquantè diffusius & locupletius declarari possunt, inq; tot partes diuidi, quot verbis fidei Symbolum contextum est. Verum in præsentia pro nouitijs scholasticis maximè cognitum necessaria indicasse sufficiat, nempe, hunc articulum, vt diximus, ad rerum creationem pertinere, vt huic verbò innitamur: Creator cœli & terræ. Quid ergo hæc sibi verba volunt, aut his tu significari putas? Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem, &c. Responsio: Hoc significari puto & credo, me Deum esse creaturam, hoc est, quod ille mihi dederit, quotidieq; alit, sustentetq; corpus, animam, vitam, membra corporis, cum parua, tum magna, omnes sensus, rationem, rationis vsum, virtutemq; intelligentiæ, ac detinens cibum & potum, amicum, commensum, uxorem, liberos, familiam, ædes, prædia, &c. Ad hæc, qui omnes creaturas ad vitæ meæ vtilitatem & necessitatem seruire mihi sinit, solem, lunam, & sidera cœlestia, diem & noctem, aërem, ignem, aquam, terram, & omnes fructus terræ, quos sua fecunditate producit, volucres, pisces, & omnia frumentorum & fructuum genera. Insuper, si quæ sunt alia rerum corporalium & temporalium bona, vt est æquabilis Reipub. status & administratio, pax, tranquilla securitas. Ita, vt ex hoc articulo discamus, nostrum neminem vitam, omniaq; alia iam enumerata, & quæ adhuc enumerari possent, a se habere, neq; retinere posse, quamlibet pusillum aut leue fuerit. Hæc enim omnia nomine creatoris comprehensa sunt.

Præter hæc ingenuè quoq; confitemur, Deum Patrem non solum hæc omnia, quæ habemus, possidemus, coramq; oculis intuemur, nobis dedisse, sed quotidie

etiam

etiam eius tutela nos ab omnibus malis atq; periculis
custodiri, omnes incommoditates, ruinas atq; discrimi-
na à nobis abigente & propulsante. Quæ omnia mera
humanitate & bonitate sua pellectus, nobis immeren-
tibus exhibet, tanquam lenis ac clemens Pater, cui nos
curæ sumus, ne quid mali aut aduersi nobis accidat. Ve-
rum ea verbosius persequi, ad reliquas duas partes per-
tinet, vbi dicimus; Patrem omnipotentem.

Ex his iam demonstratis, facile euictum consequi-
tur & colligitur, cum omnia, quæ possidemus, quæq; in
celo & in terra sunt, quotidie a Deo concessa susten-
tentur & custodiantur: debere nos eundem indefinen-
ter diligere, laudibus extollere, agendisq; gratis acce-
ptorū beneficiorum esse memores, & vt vno verbo di-
cā, illi profus atq; per omnia hinc gratuito dātis mu-
neribus seruire, quemadmodum hoc ipsum decē præ-
ceptis à nobis exigit & faciendū præcepit. Iam hic
multis dicendum esset, si illustrare id quis vellent, quàm
pauci sint, qui hunc articulum credunt. Hunc enim
omnes præteruolāmus, audientes quidem & memo-
rantes, sed nequaquam videntes, aut animo expenden-
tes, quid ipsa verba nobis non osci: enter aut somnicu-
lose expendendum proponant. Quòd si enim hæc ex
animo crederemus: horum verborum iussa hæud dubie
capesseremus neq; tam superbe incederemus, insolē-
ter intumesceremus, quasi à nobis in ipsis, aut nostra o-
pera partis, vita, diuitijs, potentia, dignitate, honori-
bus, &c. fruere, vt alij seruitute nobis obnoxij nos
perimescere cogentur: quemadmodum infelix ac
peruersus mundus factitare consuevit, qui in cæcitate
sua submersus est, omnibus bonis & muneribus diuini-
tus dātis tantū ad superbiam, auaritiam, voluptates
& delicias, turpissimè abutens, neq; Deum vel semel
respiciens, vt illi gratias ageret, aut pro Domino ac
creatore suo eum agnosceret.

*Creatura
rationalis
debet vicis-
sim creato-
ri gratitu-
dinem & o-
bedienti-
am.*

*Magna &
turpis in-
gratitudo
omnium
hominum.*

Quocirca hic Articulus omnes nos humiliare ac conterrere debebat, si hæc vera esse certò & constanter crederemus: siquidem quotidie victi carnis affectibus, peccamus oculis, auribus, manibus, corpore & anima, opibus atq; diuitijs, breuiter, omnibus rebus, quascunq; possidemus. Præcipuè verò illi, qui etiamnum impietate instigati diuino verbo repugnant ac reluctantur. Veruntamen Christiani hanc prærogatiuam habent, quòd se Deo Creatori suo id debere agnoscunt, vt pro acceptis bonis ipsi seruiant atq; obtemperent, id quod mundus facere nescit.

*Afidiuè
mentibus
atq; oculis
intuenda
testimonia
creationis
& prouidentia.*

Pròinde hic articulus nobis quotidie exercendus, menti infingendus, & in memoriã subinde reuocandus est, in omnibus, quæcunq; nobis obijciuntur, quòdo vel bene & feliciter quæ nobis eueniunt, vel quòdo vel periculis & necessitatibus liberati emergimus: sicut Deus hæc omnia nobis largitur & facit, vt in hoc certis experimentis animaduertentes, discamus paternum eius erga nos animum, & in æstimabilem charitatem. Ex hoc certè pectus incalescet, & ad gratiarum actionem promptè agendam mirificè inflammabitur, vt omnibus eiusmodi rebus ad Dei laudem & gloriam utatur. Ita quidem paucissimis erutum atq; expressum huius Articuli sensum habemus, quantum simplicibus in initio scire ac discere necesse est, & quid à Deo habeamus & acceperimus, & quid pro acceptis bonis eidem vicissim debeamus. Quæ ingens & penè in æstimabilis est cognitio, thesaurus tamen multò præstantior. Etenim hic planè videmus, quomodo Pater cum omnibus creaturis se nobis tradiderit, quamq; nos, quamdiu hæc vita fruimur, rebus omnibus opulentissimè instruat præterquam quòd ineffabilibus & æternis bonis per Filium suum ac Spiritum sanctum amplissimè cumulãrit, vt in sequentibus audiemus.

ARTICVLVS II.

Et in Iesum Christum, Filium eius vnicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

HOc loco secundam diuinitatis personam discimus cognoscere, vt videamus, quid præter bona temporalia prius enumerata **D**eus nobis largiri soleat, nempe, quomodo omnes bonitatis suæ ac diuinitatis thesauros semel nobis effuderit, nihilq; sibi reliquum fecerit, quod nobis vtendum fruendumq; non impertierit. Iam hic articulus quoq; latè patet, estq; planè fœcundissimus. Verùm vt & hunc breuiter ac pueriliter discutiamus, vnum verbum sumemus, quo totius rei summam complectemur, nempe (sicut dictum est) vt ex hoc discamus, quomodo per Christum ab omni maledictione liberati simus, quod hisce verbis nititur: **E**t in **I**ESVM **C**HRISTM, Filium eius vnicum, Dominum nostrum, &c.

*Secunda
persona di-
uinitatis.*

Iam ergo interrogatus à quopiam: Quid credis in secundo Articulo de Iesu Christo? Ad hunc modum responde paucissimis: Ego credo, Iesum Christum verum Dei Filium, Dominum meum esse factum. Quid hoc sibi vult, fieri Dominum? Hoc est, quod me liberarit sanguine suo à peccatis, diabolo, morte, & omni exitio. Antè enim neq; regem habebam neq; Dominum, sed sub diaboli potestate atq; imperio captiuus tenebar, ad mortem condemnatus, inq; peccatis ac cæcitate irretitus.

*Doctrina
secundi ar-
ticuli de re-
demptione
generis hu-
mani, &
beneficijs
filij Dei.*

Iam

Im enim a Deo creati, cum omnis generis inestimabilia bona à Patre accepissemus, venit diabolus nostra felicitati inuidens, & nos suis technis in apertam Dei rebellemq; inobedientiam, mortem, & omnia pericula pertractos iniecit, adeò, vt in eius indignatione iaceremus, perpetuæ damnationi adiudicati, veluti culpa nostra promerueramus. Hic nulla erat amplius relicta aut spes recuperandæ gratiæ, aut consilium adipiscendæ salutis, aut auxilium placandi Patris, aut consilium ignoscendi delicti, donec ille immortalis Patris immortalis Filius, calamitosam miseriam & exilium nostrum sua profundissima bonitate miseratus, de celo nobis opem laturus descendit, nosq; ab omni & peccati, & mortis, ac Diaboli captiuitate, in libertatem adoptionis suæ asseruit. Ita quidem omnium illorum tyrannorum atq; exactorum potestas profligata & oppressa est: quorum in locum successit Iesus Christus, vitæ, iustitiæ, salutis, iustificationis, ac omnium bonorum autor & Dominus: qui nos miseros, & innumerabiles peccatores, ex inferorum faucibus eripuit, asseruit, inq; libertatem vendicauit, irati Patris fauorem & gratiam placata indignatione conciliauit, ac tanquam possessionem suam in tutelam suam nos suscepit, vt nos per suam iustitiam, sapientiam, potestatem, vitam & beatitudinem regat & gubernet.

De mirando consilio redemptionis generis humani.

Christi meritum & gloria & efficacia.

Sic itaq; hæc huius Articuli summa, vt hæc uocula, Dominus, simplicissimè tantum significet, atque saluator seu redemptor, hoc est, qui à Diabolo ad Deum, è morte ad vitam, à peccatis ad iustitiam reduxit, in quibus & nos conseruat. Porrò reliquæ huius Articuli partes, ordine semet consequentes, nihil faciunt aliud, quam quòd talem redemptionem per Christum nobis partam declarant, ac exprimunt, quomodo & per quem confecta sit, hoc est, quanti Christum contulerit, & quid pro ea impetranda insumserit, vt nos

lucet

ificeret, suæq; ditioni subijceret: nempe, quòd homo factus, & è Spiritu sancto ac Maria virgine sine omni labe peccati conceptus & natus sit, vt esset peccati Dominus: Ad hæc passus, mortuus & sepultus, vt pro me satisfaceret, meamq; culpam, quæ mihi luenda fuerat, persolueret, non auro neq; argento, sed & proprio precioso suo sanguine, Et hæc omnia, non ob aliam rem vllam, quàm vt meus fieret Dominus. Neq; enim sui gratia harum rerum quicquã fecit, aut opus habuit. Post id iterum surrexit deincta atq; absorpta morte: Ac deniq; cœlos conscendit, suscepta imperij administratione, sedens ad dextram Patris, vt Diaboli ac omnes potestates ad illius pedes proiectæ, obedire cogantur, donec nos in die nouissimo prorsus ab hoc prauo seculo, Diabolo, morte, peccatis liberatos separet ac segreget.

Cæterum hæc partes sigillatim tractare, huic compendioso & pro pueris instituto sermone non conuenit, sed prolixis concionibus, quæ per totius anni circulum habentur, præsertim ijs temporibus, quæ talibus prolixiore sermone tractandis destinata sunt, de natiuitate, passione, resurrectione, ascensione Christi, &c.

Quin etiam totum Euangeliũ, quod prædicamus, ad eò tendit, vt hunc Articulum probè percipiamus, vt in quo totius salutis & felicitatis nostræ summa sita est, quemq; ob vsum & fecunditatem suam longè lateq; patentem, nunquam satis perdiscere possumus.

ARTICVLVS III.

Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, communionem sanctorum, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam, Amen.

Hunc

*De causa
finali histo-
ria & ap-
plicatione
ad nos.*

*Articulus
de benefici-
is Christo
propria &
præcipua
Euangelij
doctrina.*

*Tertius ar-
ticulus reci-
tat officia,
beneficia
& effectus
Spiritus S.*

*Quomodo
fiat sancti-
ficatio.*

*Spiritus S.
efficax per
ministerium
verbi
in Ecclesia.*

Hunc Articulum non aliò commodiùs, quàm sic
ut dictum, ad sanctificationem referre possumus,
quòd videlicet per hunc Spiritus sanctus, eius
officium, nempe, quòd sanctificet, adumbretur & de-
pingatur. Quare huic verbo nitendum est, Credo in
Spiritus sanctum, quòd tam strictè & breuiter com-
prehensum sit, vt aliud habere nequeamus. Sunt enim
alioqui multiplices in scriptura spiritus, veluti huma-
ni, cœlestes, & mali spiritus. Verùm enimvero Spiritus
Dei, solus sanctus Spiritus dicitur, hoc est, qui nos san-
ctificauit, & adhuc sanctificat. Nam quemadmodum
Pater creator, Filius Redemptor aut Saluator dicitur:
ita quoq; Spiritus sanctus ab officij sui opere sanctus
aut sanctificator dicitur. Quæ verò huius sancti-
ficationis est ratio? Respondeo: Quemadmodum Fi-
lius dominium suum, quo nos sibi peculiariter vendi-
cauit, per suam natiuitatem, mortem, resurrectionem
&c. consequitur: ita quoq; Spiritus sanctus sanctifica-
tionis munus exequitur per sequentia, hoc est, per co-
munionem sanctorum, aut Ecclesiam Christianorum,
remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vi-
tam æternam. Hoc est, primùm nos ducit Spiritus san-
ctus in sanctam communionem suam, ponens in se-
num Ecclesiæ, per quam nos docet & Christo addo-
cit.

Siquidem neq; ego, neq; tu, quicquam de Christo
scire possemus, aut in eum credere, aut pro Domino
consequi, nisi per Euangelij prædicationem Spiritus
sancti opera nobis offerretur, & vtrò donaretur. Op-
us quidem ipsum completum est. Christus enim thesau-
rum nobis impetrauit, & peperit sua passione, mor-
& resurrectione, &c. Verùm si in occulto manens
litesceret, nec quisquam aliquid de eo exploratum ha-
beret: nemini esset vsui, sed planè inutilis & despera-
tus. Ne ergo eiusmodi thesaurus sepultus iaceat,

eo in usum verso fruuntur homines : Deus verbum su-
um emisit prædicandum & inuulgandum omnibus, in
quo Spiritum sanctum largitus est, vt eiusmodi the-
sauri nos faceret compotes. Quare sanctificare nihil al-
ud est, quam ad Christum adducere, ad suscipiendum
bona per Christum nobis parata, ad quæ per nosmet-
ipsos nunquam peruenire possemus.

Iam ergo quam fieri potest significantissimè, hunc
Articulum discere intelligere, vt interrogatus, quid hisce
verbis significari putas, Credo in Spiritum sanctum?
promptè respondere possis: Credo Spiritus sancti ope-
ra me sanctificari, cui rei nomen eius testimonio est.
Qua autem re illud facit, aut qua ratione, quòue me-
dio ad hoc vtitur? Responsio. Per Christianorum
communione, remissionem peccatorum, carnis re-
urrectionem, & vitam æternam. Primum enim singu-
larem in mundo communionem obtinet, hæc mater
est, hæc quemlibet Christianum parturit, ac alit per
verbum, quod Spiritus sanctus reuelat & prædicat, &
per quod pectora illuminat & accendit, vt verbum ac-
cipiant, amplectantur, illi adhærescant, inq; eo perse-
uerent.

Vbicunq; enim gentium Spiritus sanctus Verbum
Dei prædicare non sinit, inq; corde excitat, vt accipia-
tur, ibi frustra est ac deperditum. Quemadmodum do-
minante Papatu accidit, vbi fides prorsus neglecta &
obscurata iacuit, nemo Christum pro Domino cog-
nouit, neque Spiritum sanctum, pro eo, qui san-
ctificaret, habuit, hoc est, nemo credidit, Christum
eum esse Dominum, qui sine operibus & meritis no-
stris tantum thesaurum nobis peperisset, nosq; Patri
reconciliasset. Et quid tandem in causa fuit? hoc sci-
licet, quòd Spiritus sanctus præstò non fuerit, qui ta-
lia de Christo reuelasset, & prædicare fuisset: verùm
homines mali & dæmones præstò fuerunt, qui docue-

*Sanctifica-
re quid?*

*Commodis-
sima respon-
sio de do-
ctrina hu-
ius arti-
culi.*

*Non a lux
fidei & in-
teriores
motus con-
gruentes
cum lege
Dei non
accendun-
tur sine
Spiritu
sancto.*

Ii runt,

*Tantum
per muni-
sterium
Spiritus S.
est efficax.*

runt, proprijs operibus consequendam esse salutem, irati Patris gratiam impetrandam. Eam ob rem, nec Christianorum fuit communitio. Vbi enim de Christo nihil docetur: ibi neque vllus est Spiritus Sanctus, quo Christianorum communionem solet constituere, conuocare, ac in vnum cogere, citra cuius opem & operam nemo ad Christum Dominum peruenire poterat. Hæc quidem de summa huius Articuli sufficiant. Cuius verò partes ac membra in eo enumerata, pro capite simplicium non omnino clara sint: ea quoque pauca percurramus.

*Gramma-
tica enar-
ratio voca-
bulorum.*

Sanctam Christianorum Ecclesiam, communionem sanctorum fides nominat. Vtrumque enim ideam coniunctim significat. Olim verò alterum adiectum non erat, planeque malè & ineptè lingua nobis vernaculo expositum est. Quod si significanter enunciandum esset: Germanico sermone profus aliter proferebatur foret. Siquidem hæc vox, Ecclesia, propriè nihil aliud quàm congregationem significat. Porro nos Germani hanc dictionem, *Kirche*, usurpare consuevimus, quam simplices non de congregata multitudine, sed de consecratis templis aut ædificijs intelligunt. Tamen si vera domus, Ecclesia dicenda non est, nisi propterea quòd hominum multitudo in ea conuenire solent. Nos enim, qui conuenimus, præcipuum locum confluendi nobis deligimus, atque ita domui secundum multitudinem nominis quoque appellationem imponimus. Ita hæc Germanica vocula, *Kirche*, proprie nihil aliud significat, quàm congregationem, neque vnde Germana est, sed Græca, sicut etiam *ἐκκλησία*. Illi

*Ecclesia.
Kirche.*

Κυρία.

nim sua lingua *κυρία*, quemadmodum Latini curiam nominant. Quamobrem recto Germanorum sermone, Christianorum communitio seu congregatio (*Christliche Gemeine* oder *samlung*) aut omnium opti-

me & clarissime sancta Christianitas (Ein heilige Chris-
tenheit) dicenda fuerat.

Ita quoque hæc dictiuncula, communio, quæ alteri
annexa est, non *Gemeinschaft*/sed, *Gemein*/ interpre-
tanda fuerat. Neque aliam ob rem, quam interpre-
tandi gratia priori adiecta est, qua quispiam haud du-
bitè exponere voluit, quid Christianorum esset Eccle-
sia. Pro quo nostri, qui & germanæ & latinæ linguæ
iuxta imperiti fuere, transtulerunt, *Gemeinschaft der*
Heiligen/cùm tamen nulla germanorum lingua ita lo-
quatur aut intelligat. Verùm recta & genuina germa-
norum lingua vertenda erat, *Eine Gemeine der Heili-*
gen/Sanctorum communio, hoc est, eiusmodi com-
munio, in qua non nisi sancti versantur: aut adhuc si-
gnificantius, *Ein heilige Gemein*/ hoc est, sancta com-
munio. Hæc ideò dico, ut verba sanè & rectè intelli-
gantur, cùm hæc consuetudo vltique adeò vlti recepta
inueterauerit, ut vix vnquam ex hominum animis e-
uelli possit, & statim hæresis esse oporteat, vbi verbu-
lum aliquod immutatum fuerit.

Huius autem appendicis hæc summa est: Credo, in
terris esse quandam sanctorum congregatiunculam &
communione ex merè sanctis hominibus coactam,
sub vno capite Christo, per Spiritum sanctum conuo-
catam, in vna fide, eodem sensu & sententia, multipli-
cibus dotibus exornatam, in amore tamen vnanimem,
& per omnia concordem, sine sectis & schismatibus.
Horum me quoque partem & membrum esse, con-
stanter credo, omnium bonorum, quæcunque habent,
participem ac municipem, Spiritus sancti opera eò
perductum, iisdem vno corpore vnitum, per hoc, quòd
Verbum Dei audierim, atque etiamnum audio, quòd
principium est in hanc communionem ingrediendi.
Antè enim, quàm ad hanc peruenimus, penitus sub
potestate eramus Diaboli, ut ij, quibus de Deo ac
Christo profus nihil compertè exploratum fuerat.

*Gemeins-
schafft/ges-
meine.*

*Sanctorum
communio.*

*Vera & sa-
lutaris do-
ctrina, ar-
ticuli de
Ecclesia.*

*Spiritus S.
collector,
gubernator
& conser-
uator Ec-
clesia.*

*Ecclesia
perpetua
conserua-
tio.*

*Explicatio
articuli de
remissione
peccatorū.*

*Doctrina
de Sacra-
mentis huc
pertinet.*

*Peccati re-
liquia.*

*Ministeri-
um publi-
cum re-
mittendi
peccata.*

Quinetiam Spiritus sanctus à sanctorū communione seu Christianitate non discedit, sed cum ea usque ad consummationem seculi perseverat, Per quam nos adducit, eiusque in hoc vititur adminiculo, vt verbum prædicet atq; exerceat, per quod sanctificationem efficit, communionem amplificans, vt quotidianis incrementis crescat, & in fide, eiusque fructibus, quoque producit, corroborata fortis euadat.

Præterea cernimus etiam, nobis in hac Christianitate esse remissionem peccatorum propositam, qua fit per Sacramenta & absolutionem Ecclesiæ, adhuc multiplicēs totius Euangelij sententias, bonæ spei ac consolationis plenissimas. Quare huc ea pertinent, quæ de Sacramentis, & deinde de Sacramentorum virtute atque præstantia tradenda sunt, & in summa, totum Euangelium, ac omnia Christianitatis officia, quæ assidue exercentur & sedulo, summe necessarium est. Etenim quanquam Dei gratia per Christum impetrata est, & sanctificatio per Spiritum sanctum facta, per verbum diuinum, in vnitare Ecclesiæ Catholicæ nonquam tamen nos à peccatis sumus vacui, & hoc carnis nostræ gratia, quam adhuc adhærentem humeris nostris circumferimus.

Quocirca omnia in Christianitate eò adornata sunt, vt quotidie meras peccatorum condonationes auferamus, & verbis, & signis ad hoc constitutis, ad consolandam & erigendam conscientiam, quam diu in hac vita futuri sumus. Ita facit Spiritus sancti gratia, vt quanquam peccatis simus contaminati, non tamen nobis noceant in Christianitate constitutis vbi nihil aliud, quam assidua & indefinens est peccatorum remissio, cum quam nobis Deus largitur, tum qua nobis inter nos vicissim vtamur, ignoscentes, suferentes & erigentes nos inuicem.

Sed etiam extra hanc Christianitatem, vbi hinc

Euang

Euangelio locus non est, neq; vlla est peccatorum remissio, quemadmodum nec vlla sanctificatio adesse potest. Quocirca ab hac Ecclesia omnes ij semet ipsos sponte abalienarunt, qui non per Euangelij gratiam, & peccatorum condonationem, sed proprijs operibus sanctificationem quærunt ac venantur, ac promereri contendunt. Sed enim in hoc, quando sanctificationis opus inchoatum est, & quotidie augetur, expectamus, vt hæc nostra caro, cum omnibus suis sordibus & vitijs, abolita & sepulta computrescat, verùm præclare & magnificè iterum prodeat & exurgat à mortuis, ad perfectam & absolutam sanctitatem, noua atq; immortalis vita animata. Iam enim tantùm ex dimidio puri ac sancti sumus, vt Spiritus sanctus subinde habeat, quod diuini verbi prædicatione in nobis eluat ac purificet, tùm in dies singulos remissionem peccatorum distribuat, vsq; in futuram vitam, vbi remissioni locus non erit amplius, sed homines in vniuersum ab omni peccatorum contagio puri & sancti, pleni omni probitate atq; iustitia, subtracti & liberati à peccatis, morte, & omni exitio, in nouam, perpetuam, glorificatam, & transfiguratam vitam traducentur.

Ecce hæc omnia Spiritus sancti sunt officia & opera, vt hic in terris sanctificationem exordiat, eandemque quotidie per hæc duo augeat, nempe per sanctorum Ecclesiam, & peccatorum remissionem. Porro vbi iam soluti in cinerem computruerimus, hoc ipsum in momento oculi plenè absoluturus est & purificaturus, in qua perpetuò nos retinebit duobus Articulis posterioribus. Quòd autem hic ponitur (Auferstehung des Fleisches / carnis resurrectionem) ne hoc quidem valde aptè & bene lingua nostra vernacula expressum est. Etenim carnem audientes, non vltèriùs cogitamus, quàm de macello. Vtrùm rectè & genuinè loquendo, germanicè diceremus, Auferstehung des Leibs oder

Extra Ecclesiam nec est remissio peccatorum nec sanctificatio.

Desertores Ecclesia.

Inchoata lux spiritualis & initia noua vite erunt integra post resurrectionem.

Spiritus sancti propria munera & opera.

Expositio vocabulorum articuli: Car-

*nis resurre-
ctionem.*

Leichnams / hoc est, corporis resurrectionem. Attamen res est momenti non magni, dum modo verborum sensum rectè percipiamus.

*Ceteri Ar-
ticipuli in
Symbolo
referendi,
ad hunc:
Credo re-
missionem
& vitam,
&c.*

Iam hic ille est Articulus, cuius opus semper feruere debet, & efficax persistere. Rerum enim creationem accepimus, sed & redemptionem iam effectam habemus. Porro autè Spiritus sanctus citra intermissionem nobis sanctificandis opus suum perficit, vsque in extremum diem: ad quod communionè destinat, per quam omnia facit & loquitur. Nondum Christianos suos omnes coëgit, neque remissionis distribuendæ officio prorsus pertinctus est. Eam ob rem in hunc credimus, qui quotidie nos diuini Verbi prædicatione attrahit & asciscit, fidemque impertit, auget atque corroborat, per verbum illud; & remissionem peccatorum, vt nobis his omnibus perfectè absolutis, nobisq; iisdem constanter adhærentibus, & mundo ac omnibus periculis iam mortuis, denique prorsus per omnia sanctus faciat, id quod iam per Verbum in fide expectamus.

*Doctrina
de essentia
& volun-
tate Dei
in Symbolo.*

Ecce hoc loco totam diuinitatis essentiam, voluntatem & operationem, verbis equidem admodum breuius, attamen opulentis & fecundis, artificiosè depictam habes, in quibus omnis nostra sapientia sita est, omnem humanam sapientiam, rationem ac sensum, longè lateque excedens ac superans. Nam versus mundus quanquam sedula peruestigatione, & inde ab initio elaborârit, quidnam Deus esset, aut qui haberet animi, seu cui operi intentus esset, nihil tamen harum rerum vaquam intelligentia aut ratione affici qui potuit hîc verò omnia hæc copiosissimè in numero habes. Hîc enim ipse in omnibus tribus Articulis profundissimâ abyssû paterni sui pectoris, & meras & identissimi & ineffabilis amoris sui flammâs, manifestam

*De patefa-
ctione Dei,
& de fine
hominis.*

reterauitq; Quippe ob id ipsum nos creauit, vt nos
redimeret & sanctificaret, & praterca, q; nobis possi-
denda & vtenda subiecit, quacunq; vspiam in caelo &
in terra cernuntur: Filium quoque suum & Spiritum
sanctum nobis largitus est, per quos nos ad se attrahe-
ret. Neq; enim vnquam (vt supra ostensum est) eò pro-
prijs viribus peruenire possemus, vt Patris fauorem ac
gratiam cognosceremus, nisi per Iesum Christum Domi-
num nostrum, qui paterni animi erga nos speculum
est, extra quem nihil nisi iratum & truculentum vide-
mus iudicem. Sed neq; de Christo quidquam scire
possemus, si non per Spiritum sanctum nobis reuela-
tum esset.

Proinde ij Articuli nostrae fidei, nos Christianos ab
omnibus alijs, qui sunt in terris, hominibus separant.
Quicumq; enim extra Christianitatem sunt, siue Gen-
tiles, siue Turcae, siue Iudaei, aut falsi etiam Christiani, &
hypocritae, quanquam vnum tantum & verum Deum
esse credant & inuocent: neq; tamen certum habent,
quo erga eos animatus sit animo, neque quidquam
fauoris aut gratiae de Deo sibi polliceri audent aut pos-
sunt: quamobrem in perpetua manent ira & damna-
tione. Neque enim habent Christum Dominum, neq;
illis Spiritus sancti donis & dotibus illustrati & donati
sunt.

Ex hoc iam clarè vides & cognoscis, fidè longè aliam
esse doctrinam, quam sunt Decem praecepta. Nam hæc
docent quidem, quid faciendum sit: illa verò indicat,
quid Deus nobis fecerit & praeiterit. Decem prae-
cepta alioqui etiam omnium hominum cordibus inscri-
pta sunt: cæterum fides nulli humanæ sapientiæ est
comprehensibilis, sed à solo Spiritu sancto tradenda &
docenda est. Eam ob rem praeceptorum doctrina non
dum vllum Christianum facit, semper enim Dei ira at-
que indignatio nobis incūbit, quam diu seruare nequi-

*Idè tradit-
tur Symbo-
lum, vt ve-
rus Deus
discernatur
à commen-
tarijs numi-
nibus & re-
tè inuocet-
tur.*

*Discrimen
legit & E-
uangelij,
Decalogi,
& Symbo-
li Aposto-
lici.*

mus, quod Deus præceptis suis à nobis exigit. Hæc verò, nempe fidei doctrina, meram gratiam secum appor-
tat, & hæc iustos, Deoq; nos acceptos facit. Per huius
doctrinæ cognitionem, amorem ac voluptatem
Dei præceptorum faciendorum consequimur, viden-
tes hîc, quomodo Deus prorsus se nobis tradiderit
cum omnibus, quæ possidet, vt præsentî ope & auxilio
in perficiendis præceptis nos subleuet, Pater quidem
omnibus suis creaturis, Christus verò omnibus suis
operibus, porrò autem Spiritus sanctus omnibus suis
dotibus. Hæc quidem in præsentia de fide, fundamenta
pro simplicibus locandi gratia, dicta sufficiant, ne ob-
ruantur multitudine, vt huius rei intellecta iam probe
summa, ipsi postea hanc rem latius indagent & quid-
quid in Scripturis didicerint, huc referant, ac subinde
locupletiores intellectum quotidianis incrementis
consequantur. Quotidie enim hæc, quàm diu hic ve-
nimus docentes & discentes, vix vnquam satis dilige-
mus aut docebimus.

TERTIA CATE- CHISMI PARS.

Oratio Dominica.

*Tertia
pars Cate-
chismi. do-
ctrina de
innoctio-
ne Dei, seu
de preca-
tione.*



RACTENVS audiimus, quid nobis
cum faciendum, tum credendum sit
quibus in rebus optima & felicissima
vita sita sit: sequitur iam deinceps Pars
tertia, docens, quomodo orandum
sit. Cum enim ita nobiscum com-
paratum esse videamus, vt nemo hominum decem

præce-

præcepta plenè & perfectè seruire queat, tamen si credere inceperit: & diabolus huic nostro conatui summo studio, vnà cum mundi ac propriæ carnis nostræ illecebris, oblectetur ac renitatur: nihil perinde necessarium est, quàm vt assiduis precibus diuinas aures fatigemus & obtundamus, vt fidem & præceptorum satisfactionem nobis largiri, sustentare, atq; adaugere, tum & quicquid ad eam nobis impedimento est, omne hoc è medio tollere dignetur. Sed enim, ne nobis obscurum foret, quid & quomodo orare debeamus, Dominus noster Iesus Christus ipse nos rationem & verba orandi docuit, quemadmodum mox audiemus.

Priùs tamen, quàm ipsam orationem particulatim tractandam aggrediamur, vehementer operæ precium esse videtur, homines ad orandum ostensis nonnullis argumentis & persuasionibus hortari & prouocare, veluti Christus quoq; & Apostoli fecisse leguntur. Et hoc quidem primo loco recensendum est, vt non ignoremus, diuini præcepti iussu nobis orandum esse. Ita enim in secundo præcepto audiuius: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: quibus verbis hoc simul exigitur, vt sanctum Dei nomen laudemus, idemquè in omnibus necessitatibus precando inuocemus. Inuocare enim nihil aliud est, quàm preces ad Deum mittere. Ita, vt seuerè atq; ad eò seriò præceptum sit, quàm omnia alia minaciter interdicta, non habendos esse alienos deos, non occidendum, non furandum, &c. ne quis temerè in eam opinionem veniat, vt existimet, perinde esse, oret, nec ne: quemadmodum nonnulli crassi & inculti homines factitare consueverunt, in eiusmodi cogitationes descendentes. Quid verò multis orarem, cum nesciam, num Deus preces meas curet & audiat, nec ne? quòd si non orauero, oret alius. Ex quo tandem in eam consuetudinè deueniunt, vt nunquam

*Occasiones
exercenda
fidei & in-
uocatiqnis.*

*Qua requi-
rantur &
excuscent
ad inuoca-
tionem.*

*Primum
sit in con-
spectu præ-
ceptum de
precando.*

quidquam orent, prætexentes tandem suæ pigritiæ, & ignauiæ impietati potius, nos falsas & hypocriticas orationunculas reiicere: quasi verò nos vnquam docuimus, non esse orandum.

*Precatio sit
ardens pe-
titiō certi
beneficij,
non inanis
katologica.*

Quamquam hoc diffiteri non possumus, eas orationes, quæ hactenus factæ sunt, Stentoreis clamoribus in Ecclesijs vociferando & tonando, &c. non fuisse orationes. Eiusmodi enim res externæ, vbi harum rectus est vsus, puerorum, scholasticorum, ac simplicium esse possunt exercitia, legendo aut cantando consistentia, propriè tamen orationes aut preces existimandæ non sunt. Sed enim hoc deniq; orare dicitur, quemadmodum Secundum præceptum docet, Deum temporis necessitatis inuocare. Hoc à nobis exigit, neq; res nostri arbitrij, verùm orare debemus & cogimur, si modo Christiani perhiberi volumus, æquè atque parentibus & magistratibus omnibus obedientiæ officij obtemperare cogimur. Siquidem inuocando & precando, nomen Dei colitur, & vtiliter vsurpatur. Quemadmodum enim hoc non valet, si filius ad patrem diceret: Quid Deus meam obedientiam curat, & quomodo commodi mea tibi præstare potest obedientia? ego vadam facturus, quod potero, perinde est, siue morigerus sim, nec ne? Verùm hîc extat præceptum Dei, velis nolis facias oportet. Ita quoq; hîc, vt omittas aut facias in tuo arbitratu situm non est, sed omninò orandum est, nisi Dei iram & indignationem incurrere velis. Atque hæc diligenter & ante omnia sunt notanda, vt in reprimamus & expellamus cogitationes, quibus orando abstrahimur & deterremur, quasi parui momenti res sit, non orare: aut, quasi, vt orent, mandatum sit ijs tantùm, qui sanctitate excellent, & in maiore pud Deum gratia sint, quàm nos: quemadmodum hanc manum cor tam desperatum & natura peruersam experimur, vt semper Deum fugiat, & cogitet, Deus

auertit

aversari nostras preces, cum simus peccatores, & nihil aliud, quam iram meriti sumus. Ad has cogitationes repellendas, rursus dico, hoc præceptum nobis esse considerandum, ut ad Deum conuertamur, ne ista inobedientia grauius eum iritemus. Hoc enim mandato (ut scilicet oremus) satis ipse ostendit, se non velle nos, & preces nostras rejicere, à se abigere & pellere, etiam si simus peccatores, sed magis allicere ad se, ut coram ipso humiliemur, & nostras misérias & ærumnas ipsi aperiamus, & gratiam opemq; eius imploremus. Hinc in Scriptura sacra legitur, Deum etiam irasci ijs, qui propter peccata sua percussi & puniti, ad Deum conuerti, & oratione sua iræ eius se quasi opponere, & gratiam implorare noluerunt.

Ex hoc iam ita collige ac cogita, cum tantopere nobis iniunctum sit ut oremus, ne quo modo quispiam suas preces contemnat, sed magni æstimet, & magnificè de illis sentiat. Ac subinde similitudinem ex alijs præceptis petas. Puer nequaquam suam erga parentes obedientiam leuiter ducere debet, verum semper cogitare: Hoc opus obedientiæ est, & quidquid facio, non alio animo facio, quam quòd in obedientia & præcepto Dei versor, cui inniti possum, atque hoc ipsum magni pendere, non quidem meæ dignitatis gratia, sed propter præceptum. Ad eundem planè modum & hic, quidquid & pro quacunque re Deum orauerimus, ita intuendum est, quasi à Deo exactum, inq; eius obedientia factum, atque ita cogitare oportet: Quantum ad me quidem attinet, hæc oratio nullius est habenda momenti aut præcij, quia peccator sum, verum ob id respuenda non est, cum Deus orare mihi præceperit. Ita cuiq; quàm cunq; tandem rem precibus impetrare statuit, semper ad Deum huius præcepti obedientia veniendum est.

Quocirca omnes homines per Christum obtesta-

mur

*Collatio
præcipua
& prima
legis de a-
gnitione
Dei & in-
uocatione
cum case-
ris decem
præceptis.*

Repugnandum dubitationi, & opponenda indignitati necessitas mandati.

mur & hortamur, quam fieri potest diligentissime, in hæc deniq; nobis cordi sint, neue vilo pacto nostra orationes tanquam rem nihili aspernemur. Ita enim hæctenus in mali Genij nomine docti sunt homines, ut nemo harum rerum vllam curam susceperit, æstimari que satis superq; actum esse, modò opus orandi factum esset, Deus hoc exaudiret, nec ne, non magnopere laborabatur. Sed hoc est orationem & inuocationem nauici facere, aut loqui ventis ac littori, ita nequicquam murmurando: ob id inutilis quoq; & infrugifera fuit oratio. Eius enim generis cogitationibus conturbamur & absterremur: Ego quidem sanctus non sum, neque satis dignus, quòd si tanta præbitate ac vitæ sanctimonia præcellerem, ut diuus Petrus aut Paulus, libenter orare vellem. Sed procul hinc aufer ex animo istiusmodi cogitationes. Nam hoc ipso præcepto, quo Paulus orare iussus est, etiam nos orare iubemur. Neq; minus in mei gratiam, quam eius hoc secundum præceptum constitutum est, ut non liceat illi sanctius iactare præceptum aut præstantius. Quare ita tibi dicendum est: Meæ preces, quas ad Deum fundo, nihilo sunt deteriores aut profaniores, aut Deo minus acceptæ, quam fuere Pauli & omnium etiam sanctissimorum. Ratio est: Perlibenter illis, quantum ad personam ætinet, cedam vitæ sanctimonia, verùm præcepto nequaquam. Certum enim habeo, Deum nequaquam orationem personæ gratia respicere, sed propter verbum suum, atq; obedientiam sibi præstitam atq; exhibitam. Ei enim præcepto, cui omnes sancti orando innixi sunt, ego quoque precans innitor: ad hæc eadem ipsi precor, quæ ipsi omnes ad vnum precantur, aut præcati sunt.

Hæc quidem prima huius exhortationis pars sit, & omnium maximè necessaria, ut omnis nostra oratio diuinæ obedientiæ innitatur, nullo nostræ personæ re-

spectu

pectu, siue iusti simus, siue peccatores, digni an indig-
 ni. Et sciendum est, Deum nullo modo æquè laturum,
 vt illa in iocum conuertantur, sed grauitè nos & acer-
 bè puniturum, si segnes in orando fuerimus, non se-
 cus, ac omnem aliam inobedientiam punire solet: De-
 in se, quòd nostras preces frustra ac temere effundi non
 patierur. Si enim te audire nollit, vt orares, nunquam
 tam seuerè tibi præcepisset.

Alterum, quòd nos ad orandum hoc impensius in-
 stigare debebat, hoc est, quòd Deus orationi quoque
 promissionem adiunxerit, pollicitus, certò fore, quic-
 quid orantes petierimus. Quemadmodum hoc testa-
 tur Psalmus 50. Inuoca me in die tribulationis, & eri-
 piam te. Et Christus Matth. 7. Petite, & dabitur vobis,
 &c. Quicumq; enim petit, accipit. His utiq; promissio-
 nibus pectora nostra excitanda erant & inflammanda,
 vt cum voluptate & amore Deum inuocaremus, cum
 ipse suomet verbo testatum faciat, sibi nostras oratio-
 nes impensè placere, easq; exauditum iri, ne ipsi eas re-
 spuamus aut nihili pendamus, in incertum orantes.
 Hæc igitur illi potes obijcere, ita dicens: Venio ad te,
 Charissime Pater, oratum, non quidem ex proprio ar-
 bitrio aut proposito, aut propria dignitate adductus,
 sed tuo præcepto ac promisso incitatus, quæ mihi ne-
 quaquam mentientur. Iam qui tali promissioni fidem
 non habet: iterum sciat, se Deum ad iracundiam pro-
 uocasse, vt qui summa eum afficit contumelia, ac men-
 dacij infimulat.

Præter hæc etiam hoc ipso ad orandum non medio-
 critèr pellicendi & pertrahendi essemus, quòd Deus
 iuxta præceptum & promissionem etiam anteuertit
 nos, ipse verba ac modum orandi nobis præscribens, ac
 velut præmansum in os inferens, quomodo & quid nos
 orare oporteat, vt videamus, quàm amanter necessitas
 nostra sibi curæ sit, neq; vllò pacto dubitemus, nostras

2. *Conside-
 ratis præ-
 ceptu max
 quarat pia
 mens pro-
 missiones,
 vt sciat, an
 cur ex-
 audiantur
 indigni.*

3. *Fidem in
 innuocatio-
 ne accendi
 necesse est.*

4. *Christus
 ipse verba
 recitatio-
 nem cer-
 tam præ-
 scripsit.*

oratio-

orationes sibi placere, easq; certò exaudiri. Quare le-
nè dominica, seu ab ipso domino præscripta nobis o-
ratio longè antecellit omnes reliquas, quas ipsi cogi-
tare possemus. Etenim in his conscientia semper fu-
tura esset in dubio, atque dictura: Oravi quidem, ce-
terùm ignoro, quomodo illi placuerit, aut num legiti-
mum modum ac mensuram orandi assecutus sim.
Quapropter hac nobilior in terris non potest inueniri
precatio, cum tam præclara habeat testimonia, quòd
Deo tam ex animo arrideat, pro qua totius orbis diui-
tias commutare non debeamus.

*5. Res pe-
tenda in
precatone
reiecitur
Cognosce-
nt.*

Quin etiam eam ob rem certis verbis præscripta est
vt videamus, & in animum reuocemus necessitatem
qua ad indefinenter orandum adigendi & impellendi
essemus. Etenim qui orare voluerit, necessum est, vt
aliquid apportet, exponat, & nominatim persingat,
quod petijt: quod nisi fit, non potest dici precatio.
Meritò itaq; reiecitur omnium Monachorum ac sa-
cristicorum hæctenus factas orationes: qui diu quidem
ac noctu laboriosè admodum vluant & murmurant,
at interim nullus eorum vnquam vel pro titiullio o-
rare decreuit, & si in vnum locum omnes Ecclesiæ
identium asinorum officinæ, vnà cum toto omnium
religiosorum examine congregarentur, non posset
non fateri, se nunquam ex corde, vel pro minima
guttula Deum orasse. Neq; enim quisquam illorum
vnquam aut Dei obedientia adductus, aut fide promi-
sionis pellectus, orare statuit, neq; vllam necessitatem
intuitus est: sed non vltra cogitauit (quando precatur
vel optinè demurmurata sunt) quàm bonum opus
facere, quò diurnum pensum DEO persolvere
vt qui non ab eo accipiunt, sed tantùm illi dantur
lunt.

*Res peten-
da, rectissi-*

Ceterùm vbi oratio rectè instituta esse debet, necesse
sum est, vt seria sit precatio, vt quis necessitatem fer-

tiat, qua premitur, & ad inuocandum & clamandum impellitur. Atq; ita demum fit, vt recta, quemadmodum par est, ad Deū fundatur oratio, vt nullo doctore opus sit, quomodo aliquis ad orandum se præparet, aut vnde deuotionem hauriat. Necessitatem verò, quæ cum pro nobis, tum pro alijs nobis cordi esse debet, abunde satis in oratione à Christo nobis præscripta inuenies: quæ etiam ad hanc rem nobis seruire debet, vt ex illa necessitatis sæpe admoneamur, ne ad orandum segnes reddamur. Sunt enim non parum multa, quæ desunt nobis omnibus, hoc tamen vnum cum primis in omnibus desideratur, quòd nemo nostrum ea videat aut sentiat. Quare Deus à nobis hoc summè contendit, vt eam necessitatē, qua premeris, orans conqueraris, atq; exponas: non quòd ignoret ipse, verum vt tu cor tuū accendas ad impensius ac fortius petendum, vtq; sinum pallij tui saltem quàm latissimè distendas & aperias, ad multa percipiendum.

*mo ordine
comprehen-
sa in orati-
one Domi-
nica.*

Quocirca statim à pueritia assuescere conueniebat, vt quisq; priuatim pro sua necessitate, quamcunque tandem sibi obiectam persentisceret, tum etiam pro alijs hominibus, quibus cum versatur, quotidie precaretur, veluti pro concionatoribus, Magistratibus, vicinis, familia, & alijs: semperq; Deum (vt dictum est) sui præcepti, promissionis q; admoneret, nihil hæsitans, eundem suas preces exauditurum. Hæc propterea dico, perlibenter enim velim, vt his probè perceptis, homines rerum rectè orare perdiscerent, neque tam horridam & incultam, atq; ab omni deuotionis affectu alienam vitam viuerent, à qua in dies singulos ad preces faciendas ineptiores euadunt: quod & Diabolus anxie desiderat, omnibus viribus eò instigās & iuuans, neq; enim obscure sentit, quantum detrimenti sibi adferre soleat oratio feruens & sedula.

Singuli suis necessitatibus admoniti fide petant salutaria.

Hoc

*Inuocatio
proprium
solum Ec-
clesia opus
& precipi-
tas quasi
murus.*

*Inuocatio-
nis effica-
cia.*

Hoc enim scire debemus, omnem tutelam ac defensionem nostram, vnicè ad eò in oratione sitã esse. Multò enim viribus imbecilliores sumus, quàm vt cum Diabolo, eiusq; socijs auxiliarijs nos infestatibus æque Marte depugnare queamus, adeò vt nos profligato tantum pedibus conculcare possent. Ideo nobis impensè danda est opera, vt ea arma manibus arripiamus quibus instructi Christiani Diabolo queant resistere. Quid enim putas hastenus tam magnas res effectisse inimicorum nostrorum consilijs discutiendis, indijs detegendis, cædibus tollendis, seditionibus clancularijs opprimendis & extinguendis, quibus Diabolus vnà cum Euangelio penitus opprimere cogitabat, nisi aliquot proborum ac piorum hominum obstitisset oratio, ac tanquam murus æneus se interposuisset, & defendisset? Alioqui & ipsi aduersarij nostri longe cruentiorem tragœdiam vidissent, quomodo nempe Diabolus totam Germaniam in suo proprio sanguine immergisset. Nunc verò falsè hæc illi & confidenter vident licet, & pro ludibrio habeant: nos tamen & ipsi & Diabolo, solius orationis adminiculo sat fortes erimus, dummodò diligentè orauerimus, nec segnes facti fuerimus. Vbicunq; enim probus ac pius Christianus orat: Cœlestis ac omnipotens pater, precor, vt tuam voluntatem fieri sinas: illico in sublimi respondet Deus: optime fili, planè hoc tibi persuadeas futurum ad retundendam Diaboli mundi; ferociam.

Hactenus hæc monendi gratia dicta sint, vt ante omnia discamus orationem magnifacere, veròq; discernere discernere verbosum multiloquium ab oratione aliquid petente. Nequaquam enim preces rejicimus, verùm non nisi merè inutilem illum boatum & murmur damnamus: quemadmodum ipse quoque Christus in oratione molestam, & ad ostentationem compositam battologiam damnat ac prohibet. Lar

verò ipsam orationem ab eodem nobis traditam, paucis tractabimus, & quàm fieri potest clarissimè. Sunt autem in his septem Articulis siue precationibus, omnes necessitates ordine comprehensæ, quæ nobis subinde contingunt, & vnaquæq; harum ita magna est & vehemens, vt ea per omnem vitam nostram ad orandum impellendi essemus.

PRIMA PRECATIO.

Sanctificetur nomen tuum.

HOc aliquantò obscuriùs dictum est, nec significanter expressum. Lingua enim nobis vernacula ita diceremus: Cœlestis Pater, fac quæso, vt tantum nomen tuum sanctum sit. Quid ergo sibi vult hæc oratio, vt nomen eius sanctum fiat? An non antea sanctum est? Responso. Imò verò nunquam nõ sanctum est in sua essentia: at in vsu nostro sanctum non est. Dei enim nomen nobis datum & inditum est, posteaquàm Christiani facti & baptizati sumus, vt filij Dei vocemur, & Sacramenta habeamus, per quæ illi vni & copulati sumus, ita vt omnia, quæcunq; Dei sunt, vsui nostro seruire debeant. Cæterùm hîc iam nobis magna necessitas incumbit & imponitur, quæ nobis cum primis curæ esse debet, vt nomini diuino suus honor habeatur, vt sanctè ac reuerenter tractetur, veluti thesaurus noster vnicus, quo nobis non maior est aut amplior: vt quæ nos tanquam probi liberi ab hoc Patre precibus contendamus, vt nomen suum, quod alioqui in cœlis per omnia sanctum est, etiam in terris apud nos, in quæ vniuerso orbe, sanctum sit ac maneat.

Porro autem nomen eius, quomodo inter nos sanctificatur, aut sanctum fit? Responso, vt quàm apertissime potero dicam, cum & Doctrina & vita nostra di-

*Septem petitiones orationis
Dominica,*

*Nomen Dei
quomodo
sanctum.*

*Nomen Dei
inter nos
sanctificatur.*

uina & Christiana fuerit. Cùm enim hac oratione Deum patrem nostrum compellemus: vique debemus, ut omnibus ita nos geramus, ita nos exhibeamus, quæ admodum probos liberos æquum est, ne illi sumus de decori, sed laudi atque honori.

Nomen Dei quomodo profanetur.

Iam verò eius nomen à nobis aut verbis, aut factis indignè violatum profanatur (quicquid enim in terra agimus, aut verbo aut facto comprehenditur.) Ac primum quidem ad hunc modum, quando sub diuini nominis prætextu id prædicatur, docetur, ac dicitur, quod falsum est atque erroneum, & quo seducuntur homines, ita ut eius nomine comandum ac exornandum mendacium, atque etiam venaliter faciendum. Hoc iam summum dedecus est & contumelia, qua sacratissimum nomen Dei Patris nostri, indignissimis modis contaminatur & afficitur. Deinde quoque quoties inde ac turpiter nomine Dei abutimur, peccando, peccando, maledicendo, incantando, &c. Tertio quoque vita & operibus manifestè malis ac nefarijs, cum illi qui Christiani & populus Dei vocantur, sunt adulteri, vinolenti, auari, inuidiosi, obretractores, maledici, &c. iterum gloriosum Dei nomen, nostri gratia, contumeliæ ac dedecori exponitur. Sicut enim corporalis pater filius malè moratus ac degener, infamiam est ac turpitudinem, qui & dictis & factis, præcepta paterna transgreditur, nobilitans semet flagitijs, ut eius gratia, ab omnibus contemptus notetur ignominia: ita quoque Deo vergit in contumeliam, si nos, qui iuxta nominis eius appellationem vocati sumus, atque ab eodem origine bona accepimus, aliter docuerimus, locuti fuerimus, vixerimus, atque pios ac cœlestes filios Dei dicet, ad eò, ut ob hoc ipsum malè audire cogatur, nos videri debere non esse filios Dei, sed filios diaboli.

Exemplum filij familias degeneri.

Ita clarè vides, hoc Articulo idem nos orare, quod in Secundo præcepto Deus à nobis exigit, nimirum

cuius nomine abutimur iurando, detestando, men-
 tiendo, fallendo, &c. sed vtiliter idem ad Dei honorem
 & gloriam usurpemus. Quicumque enim diuino no-
 mine, alicuius vitij tegendi gratia abutitur: ille hoc
 sanctum nomen profanat, violat, conspurcat, atq; con-
 temnat: non secus atque olim sacra domus propheta-
 rum dicebantur, eade humana conspersa, aut alioqui
 fœda aliqua turpitudine in iisdem flagitiosè perpetra-
 ta, dehonestata: aut si res sacra contumeliosè affice-
 retur, vt quæ per se quidem sancta esset, ipso tamen vsu
 profana fieret. Est ergò hic Articulus iam intellectu fa-
 cillis, tantùm verbis rectè perceptis, vt sanctifica e
 tantum significet, ac laudare, extollere, honorem ha-
 bere, cum verbis, tum operibus.

Iam verò ipse vide, quàm ista precatio omnibus mo-
 dis sit necessaria. Cùm enim haud obscurè videamus,
 quàm mundus refertus sit, propemodum infinitis se-
 ctis & falsis doctoribus, omnibus diuinum nomen suæ
 diabolicæ doctrinæ prætextibus: non iniuria nobis
 indefinenter clamandum erat aduersus omnes, ita sce-
 leratè Diuino nomine abutentes, hæc est, æquè ad-
 uersus falsa docentes, & praua superstitiosè credentes,
 eum quicquid Euangelium & sanam doctrinam no-
 stram temere impugnat, vt sunt mitrati Episcopi, Ty-
 ranni, Suermeri, &c. Præterea p nobismetipsis quoq;
 qui verbum Dei habemus, sed qui non grati sumus, ne-
 que tanti muneris memores, neque perinde, vt verbo
 docemur, viuimus. Hæc deuotè, atq; ex animo orans,
 certus esse potes, Deo summè placere tuam oratio-
 nem. Neq; enim quicquam audiet gratius aut aman-
 tius, quam q; eius honor & gloria præ omnibus rebus
 passim vnice floreat ac vigeat, eius Verbum
 sincerè doceatur, ac charum & pre-
 ciosum æstimetur.

*Prima pe-
 titio orat
 le gloria
 Dei & ve-
 ro cultu, de
 quo secun-
 dum præci-
 pue conso-
 natur.*

*Necesse est
 ante omnia
 peti notiti-
 am, seu a-
 gnitionem
 Dei, & in-
 uocatio-
 nem, &c.*

SECUNDA PRECATIO.

Adueniat regnum tuum.

Ordo petitionum, siue rerum qua petuntur sapientissimus.

Cur petamus, ut regnum Dei adueniat.

Petitur agnitionis effectus, et gubernemur à Spiritu S.

Quemadmodum primo articulo precati sumus, quæ ad honorem & gloriam nominis Dei continent, ut prohibeat Deus, ne sui nominis preceptu mundus sua mendacia atque malitiam infiducet ac tegat, sed ipse eius gloriam claram habeat inuiolabilem, cum in doctrina tum in vita, ut per se celebretur & extollatur laudibus, ita quoque hic precamur, ut regnum eius veniat. Verum sicut nomen Dei per se sanctum est, nos tamen oramus, ut apud nos quoque sanctum sit: ita quoque regnum eius veniat, citra nostram precationem. Nihilominus tamen precamur, ut ad nos veniat, id est, inter nos, & apud nos versetur, ita ut nos quoque pars simus eorum, inter quos nomen eius sanctificetur, & eius regnum floreat.

Quid autem regnum Dei dicitur? Responso. Nihil aliud, quam quod supra in Symbolo fidei audimus, quod Deus Filium suum Iesum Christum in mundum miserit, ut nos à Diaboli potentia & captiuitate redimeret, inque libertatem assereret, & ad se perducere regeret, veluti rex iustitiæ, vitæ, salutis & felicitatis aduersus peccatum, mortem, & malam conscientiam. Ad quod etiam Spiritum sanctum largitus est, qui gratia nobis offerret, per sanctum verbum suum, perque virtutem suam nos in fide illuminaret & fortificaret. Eam ob rem hinc primùm precamur, ut id quod Christus nobis impetrauit, apud nos fiat efficax, ut eius nomen celebretur, per sanctum Dei verbum, & vitam per & Christianè institutam: ut & nos qui accepimus, illud cōstanter retineamus, & quotidie in eo crescamus, ac idem ab alijs certatim arripiatur, & potenter per mundum dominetur, ut multi ad regnum gratiæ perueniant.

veniant, redemptionis hant participes, per Spiritum
sanctum adducti, vt omnes ita in huius regis regno hic
inchoato, perpetuò maneamus.

Siquidem regnum Dei duplici ratione ad nos venire
dicitur, Semel in hoc mundo temporaliter per Verbum
& idem. Deinde aternaliter, & hoc per reuelationem.
Iam vt runque hoc precamur, vt & ad eos veniat, qui
noodum in eo versantur, & ad nos, qui illud consecu-
ti sumus, quotidianis incrementis auctum, & in futuro
in vita aterna & immortalis consummandum. Horum
omnium non alius, quàm hic sensus est: cœlestis ac
omnipotens Pater, precamur te, vt nobis initio tuum
Verbum impertire digneris, vt Euangelium purè ac
sincere per mundum prædicetur. Deinde, vt per fidem
quoque susceptum in nobis operetur, ac viuat, vt ita
regnum tuum inter nos erectum vigeat, per verbum ac
virtutem Spiritus sancti, vt regnum Diaboli abolitum,
prorsus extirpetur, ne quid iuris aut potestatis illi in
nos relinquatur, donec prorsus subuersum fuerit, pec-
catis, morte & orco extinctis, vt nos perpetuò in per-
fecta iustitia ac felicitate viuamus.

Ex his omnibus, vides, nos hoc loco non pro frusto
panis, aut re aliqua temporali & transitoria precari,
sed pro aeterno thesauro, cuius precium est inæstima-
bile. Breuiter pro omnibus ijs, quæ Deus ipse possidet,
quæ multò maiora sunt, quàm vt homo animo concipi-
pere auderet eam fiduciam tanta postulandi, nisi ipse
hæc petenda nobis in mandatis dedisset. Verùm quo-
niam Deus est, & quidem omnipotens, eum etiam ho-
norem sibi vendicat, vt multò plura ac magnificen-
tiora largiatur, quàm vllus queat mente comprehen-
dere, Veluti fons perennis & indefinens, qui quò
largius ac copiosius manando exundat, hoc liberali-
us semet effundit. Nec quicquam impensius à nobis
flagitat, quàm vt multa & magna ab eo postulemus;

*Duplici
ratione venit
regnum
Dei ad nos.*

*Sententia
Verborum
huius peti-
tionis.*

*Hæc petitio
complecti-
tur summa
ac prima
bona, magis
ad spiritum,
quàm cor-
pus perti-
nentia.*

*Exemplum
depingens
imbecilli-
tatem &
stuporem
cordis hu-
mani fu-
gientis. De-
m.*

& contra nobis inferus est, nihil audacter & contumaciter à sua benignitate petentibus & postulantibus. Nam veluti cum opulentissimus & potentissimus Cæsar alicui mendico eam optionem & precandi libertatem offerret, ut quodcumque eius ferret animus, à se optaret & peteret, se paratum esse munera, planè regi & magnifica largiri petenti: ille verò stolidus non plus sordido postularet sorbitio, meritò vrique ille pro se delerato nebulone & homine nequã haberetur, qui Cæsarem maiestatis mandatum ludibrio haberet, nequè dignus esset amplius, qui in conspectu Cæsaris admitteretur: Ita quoq; Deo extremè contumeliosum est tanta tamq; ineffabilia bona nobis offerenti & pollicenti, si eius inexhaustam benignitatem cõtenuamus, aut nos certò consecuturos non speremus, ac pro fructu panis impetrando precari sustineamus.

*Petamus
hoc ordine
Et antefe-
ratur bo-
na eterna.*

Verùm enim verò omnis hæc culpa impietatis incredulitati nostræ assignanda est, non tantum bonitatis de Deo sibi met pollicenti, ut crederet ventrem à Deo nutritum iri, omitto, ut indubiè speraret, aliquando sui modi bona immortalia se consecuturum. Quare contra nos muniamus, hocq; imprimis petamus, ut quidem demum reliqua quoq; omnia abundè habedimus, veluti Christus ipse docet: *Quærite primum regnum Dei, & cætera omnia adjicientur vobis.* Quomodo enim pateretur rerum temporalium nos vegeri inopiam cum æterna & cœlestia bona se nobis certè daturos persanctè receperit?

TERTIA PETITIO.

Biat voluntas tua, quemadmodum in celo, sic etiam in terra.

Hactè

Hactenus ut nomen eius a nobis sanctificetur & colatur, tum preterea, ut eius regnum inter nos vigeat, precati sumus: quibus duobus plene comprehensum est, quicquid ad Dei honorem & nostram salutem pertinet, ut Deum cum omnibus suis cultibus peculiariter consequamur. Verum hic alia rursus nobis incumbit & vehemens quidem necessitas, ut tantas una cum Deo acceptas diuitias constanter ac firmiter retineamus, neque nos vilo modo auelli inde patiamur. Nam quemadmodum in republica bonis legibus constituta, non tantum eos esse oportet, qui ad iudicium, praetorum & praefectorum partes obeant, hoc est, qui publicis praesint aedificiis, & officiorum procurationibus, sed etiam qui imperatores agant, qui hostiles incursionem propellant, qui ab omni vi atque iniuria patriam tueantur sedulo: Ita quoque hic, quanquam pro eo, quod nobis summè necessarium est, orauimus, nempe ut Euangelij fieremus compotes, neque non fidei ac Spiritus Sancti participes, qui nos regat, è Diaboli potestate liberet, illud tamen nobis quoque nihilo segnius orandum est, ut voluntatem suam fieri patiatur Deus. Ut enim in cognita veritate persistamus, miræ exoritur tragædiae, multaque impugnationes & casus nobis erunt sufferendi, ab omnibus istis, qui duo priora summa ope impedire nituntur atque subuertere.

Nemo enim facile credit, quam diabolus omnibus repugnet viribus, ut qui ferre non potest quenquam rectè docere, aut sincerè credere: neque illi quicquam potest accidere ægrius atque dolentius, quam quod videt nugaces & abominabiles doctrinas suas sub speciosissimo Dei nomine adoratas, iam exortante luce Euangelij, detegi, atque ita turpiter subsannari, insuper è pectoribus hominum euelli, talique clade regni sui pomeria imminui. Quocirca tanquam inimicus ira percitus fremit infaniens, omniq; exercitus sui

*De ordine
petitionū.*

*Impedimēta
& pericula
vocationis, quae
à Deo dis-
cuntur peti-
mus.*

*Diaboli ty-
rannus &
insidiae.*

*Natura &
prauitas*

Et imbecillitas.

Mundi furores & exempla nocentia.

Afidiu apitorum certamina.

Ecclesia subiecta ingentibus armibus.

robore nos incurrit & adortur. Præterea omnium suorum copias sibi adiungens, mundi quoque & propriæ carnis nostræ socia arma auxilio sibi depollet. Etenim caro nostra per se pigra est, & prona ad malum, tametsi verbum Dei apprehenderimus & credamus. Porro autem mundus extremè malus & improbus hunc in nos omnibus modis incitat, instigans ac prouocans, vt obiecto impedimento nos retrahat, preternat, ac denuò victos iterum suo imperio subijciat. Hæc tota sua voluntas est, has cogitationes veritas in animo, hoc diu noctuq; molitur, nec momento quodam quieti indulget & otio, omnibus suis artibus, dolis, insidijs, rationibus, modis, vijsq; vtens, quæcumque excogitare poterit.

Quare non est, quòd quicquam certius nobis futurum polliceamur, si nobis animus est esse Christianus, quam cum Diabolo & omnibus angelis eius, neque non cum mundo, nobis suscipiendas esse inimicitias, nos omnibus modis & omni molestiæ genere vexarijs & infestaturis. Vbiq; enim gentium Evangelium prædicatum, acceptum aut creditum fuerit, & fructus produxerit: ibi necessariò crucis quoque persecutiones consequuntur. Neque est, quòd quisquam cogitet, se pacatè & tranquillè victurum, sed semel libi alea periclitandum esse de omnibus, quæcumque in terris viciam possidet, de fortunis, honore, fama, rebus, coniuge, liberis, familia, denique etiam de vitæ capite proprio. Hoc iam nostræ carni nempe Adami veteri vehementer dolet: neque tamen malis cedendum est, sed magno animo constanter perseverandum & contra fortiùs eundem, vt inuicta animi tolerantia quibuscumque iniurijs impugnati fuerimus, perferamus, eaque æquo animo mittamus, quæcumque per vim nobis erepta fuerint. Eam ob rem æquè necessarium est, vt in omnibus alijs indefinenter oremus

Tua voluntas precor fiat, optime Pater, non Diaboli, neq; inimicorum nostrorum, neq; omnium illorum, qui tuum sacratissimum verbum insectantur, quærentes illud opprimere, aut regnum tuum impedire. Largire quoque nobis eam animi patientiam, vt quæcunque nobis propterea toleranda sunt, patienter sufferamus atque vincamus, ne miseranda nostra caro, victa imbecillitate aut pigritia, repudiata cruce turpiter terguesetur.

Ecce ita simplicissimè his tribus petitionibus, necessitatem ipsi Deo incumbentem habemus, veruntamen propter nos. Nobis enim tantum feritur ac meretur, si quid orauerimus, nempe ita (sicut dictum est) vt in nobis quoq; illud fiat, quod alioqui etiam extra nos fieri oportet. Nam quemadmodum eius nomen etiam nobis non orantibus sanctificari, & regnum eius venire debet: ita quoq; voluntas eius non potest non fieri, quanquam diabolus cum omnibus suis auxiliariis copijs ei repugnet, irascatur, & insaniat, summa operans totum Euangelium subuertere. Verum propter nosmet ipsos nobis orandum est, vt eius voluntas inter nos etiam, aduersus eiusmodi illorum insanias cõpleta locum inueniat, vt omnis illorum conatus frustra sit, & nos aduersus omnem iniuriarũ vim atq; insectationem inconcussi perseueremus, ac talem Dei voluntatem nobis nunquam displicere sinamus.

Talis, inquam, oratio, iam nunc nostra debet esse tutela & propugnatio, quæ fuget prosternatque omne, quicquid Diabolus, Episcopi, Tyranni & hæretici aduersus Euangelium nostrum insidiosè moliuntur. Per-

*Petamus
gubernationem in
actionibus,
consolationem & sustentationem in a-*

*Oremus
nos regi & iussari, vt vocatio sit felix & efficiat.*

*Auxilium
opponendũ
Diaboli
sa-*

*uita, ty-
rannorum
terroribus,*

*Es infir-
missis no-
stra.*

consilij & perfidis conspirationibus, vnum atq; alio-
rum Christianum, hac armatum precatione, non
verebor opponere: ille nosse murus erit & propugna-
culum, quo victi ac profligati scedè succumbent. Hanc
equidem consolationem habemus, & hanc fiduciam
obtinemus, certò fore, vt Diaboli ac omnium inimico-
rum nostrorum voluntas atq; consilium, facta inite
euanescent, quamlibet tandem ferociter insolescant,
aut semet securos & potentes esse contidant. Nisi enim
illorum voluntas intercepta infringeretur, Regnum
DEI locum in terris non haberet, sed neq; nomen eius
sanctificaretur.

QVARTA PETITIO.

Panem nostrum quotidianum da nobis
hodie.

*Sequitur
petitio re-
rum cor-
poralsum.
Panis quo-
tidianus
quidè*

HOc loco *ἄρτον τὸν καθ' ἡμέραν* memores sumus
hoc est, victus nostri alendo corpori, & tempo-
rali vitæ sustentandæ necessarij. Est autem ve-
rum perbreue ac simplex, sed tamen latè patens. Vt
enim panem quotidianum precaris ac nominas: ibi
omnia, quæ ad quotidiani panis fruitionem pertinent,
precaris, & rursus eadem operâ deprecaris etiam om-
nia, quæ huic impedimento esse possunt. Quare cogi-
tationes tuæ tibi probè aperiendæ sunt & dilatandæ,
ne tantùm in angustijs mastræ ac clibani consistas, sed
in spatiosum campum euageris, panem quotidianum
& omnis generis alimenta nobis producentem. Nisi
enim Deus è terris fruges sineret excrescere, insuper e-
isdem benediceret, & à calamitate defenderet: nun-
quam pistum panem è clibano extraheremus, aut deli-
cumbentibus proponeremus.

*Quas res
complecti-*

Vt autem compendiosè dicamus, hæc petitio con-
clusa in se complectitur omnia, quæcunq; ad hanc ve-

tam in hoc seculo traducendam pertinent, cuius solus *itur hac pe-*
 gratia, quotidiano pane opus habemus. Iam non tan- *titio.*
 tum ad hanc vitam sufficit, ut corpori nostro prospe-
 ram sit, unde alatur & tegatur, aliaq; habeat necessa-
 ria; verum etiam, ut cum ijs hominibus, quibus cum
 conuersamur & viuimus, quibus cum commercia, &
 omnis generis negocia & contractus sociamus & ex-
 ercemus, pacata ac tranquilla temporis conditione
 fruamur. Et in summa, quidquid ad politicam, ciuilem,
 & domesticam rerum administrationem pertinet. Ete-
 nim vbiq; locorum, & domesticæ & ciuilem admi-
 nistrationis usus interceptus, aut conturbatus fuerit,
 ut perpetuum tñorem quietis obtinere nequeat: ibi
 quoq; vitæ alimenta intercepta sunt, planeq; de victu
 nostro actum est. Estq; profus res omnium maximè
 necessaria, diligenter orare pro Magistratibus, quippe
 quorum tutela & opera Deus nobis potissimum victus
 copiam, huiusq; vitæ tranquillam conditionem con-
 seruat. Nam quanquam omnibus rebus à Deo
 datis abundaremus affluentissimè: harum tamen nul-
 lam retinere possumus, neque etiam cum securitate
 frui & gaudio, nisi constantem & pacatam Reipublicæ
 administrationem nobis tribuerit. Vbi enim motus vi-
 gent, & tumultus feruent bellici: hic quoq; panis quo-
 tidianus subtractus est, aut ad minimum impeditus.

Quare cuiusq; boni & vigilantis Principis insignia,
 meliò iustius pane insignirentur, quàm Leonis ima-
 gine aut fertis rutæ, aut in ipsa moneta imaginis loco
 panes inculpto aptius cuderentur, admonendi gra-
 tia, cum eos, tum ipsorum quoq; subditos, esse videli-
 cet principes, quorum officio tutelam ac pacem habe-
 remus, neq; sine illis aut panem edere, aut eundem nos
 seruare posse. Cuius rei gratia omni etiã honore digni
 sunt, ut illis per nos benignè detur, quicquid ex officio

dare

*Orandum
 pro Magi-
 stratibus,
 ut in pace
 suamuis
 præ & ho-
 neste.*

dare debemus & possumus, veluti ijs, quorum beneficio, omnibus, quæcunq; possidemus, molliter ac quietè fruimur, cum alioquin ne assem quidè eramus futururi. Adhæc, vt pro illis ipsis quoq; oremus, nostri officij, vt per eos Deus plus benedictionis & bonorum nobis largiri dignetur.

*Beneficia
diuina con-
sideranda
in repetiti-
one huius
petitionis.*

1. *Victus.*

2. *Valetudo.*

3. *Fertilitas.*

4. *Successus
in vocatio-
ne.*

5. *Educatio
liberorum.*

6. *Defensio
fama, vita,
possessio-
rum.*

7. *Pax &
Victoria.*

8. *Honestas
iustitiam
disciplina.*

9. *Depulsio
Diaboli &
tristissima-
rum pena-
rum.*

Sit ergo ita paucissimis indicatum & delineatum, quousque hæc protendatur oratio, nempe per omnia huius vitæ negotia atq; commercia. Ex his iam aliquis prolixas preculas posset componere, ac multis verbis omnes partes, quæ huc referendæ sunt, singillatim percensere, nimirum hæc nos orare, vt Deus nobis præter victus & amictus copiam, domum, prosperam corporis valetudinem, vtq; fruges in agris magno cura scendere, lætas prouenire sinat. Deinde vt domi quoq; rei familiaris procuracionem adiuuet, vt vxorem pudicam, probos liberos, bene moratam det familiam, & feruere incolumem, nostrum laborem, opificium, aut quamcunq; tandem rem efficiendam habemus, prospere atq; promoueat, fideles vicinos, ac bonos amicos nobis iungat & offerat, &c. Præterea vt Cæsari, Regibus, & omnibus ordinibus, cum primis verò nostræ ditionis Principi, eiusq; consiliarijs, proceribus atq; præfatis sapientiam, fortitudinem, & prosperitatem bene regnandi, suppeditet, atq; aduersus Turcas & omnes inimicos victoriam: Subditis verò, & communi plebæ obedientiam, pacem, & mutuam inter sese viuendi concordiam. Contrà, vt nos ab omnibus detrimentis victus ac vitæ custodiat, à perniciosis tempestatibus, à sæua grandine, à calamitosis incendijs, à tristibus aquarum inundationibus, à veneno, ab annis pestiferis, à pecorum letali contagio, à belli sæuitia & cadibus, ab annonæ difficultate, ab exitiosis bestijs, à prauis hominibus, à virulentis linguis, &c. Hæc enim omnia diligenter inculcare simplicibus, non est inutile, hæc vide-

licet

licet atq; similia à Deo dari oportere, & ab eodem precibus impetranda esse.

Potissimum autem hæc oratio cōtra hostem etiam nobis infensissimum, nempe Diabolum adornata est. Hæc enim omnis eius est cogitatio & desiderium, ut hæc omnia, quæcunq; à Deo impertita habemus, nobis auferat. Neq; contentus est, rerum spiritualiū profanationem scdè conturbare, ut animas suis nugis seductas, suo imperio subijciat, verum manibus pedibusque obstat etiam enixè studendo, ne qua in terris eternarum rerum administratio, aut ciuilis status honestè & pacatè institutus, diu consistat, vnde tot passim lites, iurgia, cædes, motus, seditiones, tumultus & bella concitat. Insuper tempestates & grandines emittit, et tribibus, aut contagione pecus inficit, aut corrupto celi tractu aërem reddit pestilentem & tabificum. In summa, maxime discruciatyr animo, vnum aliquem vel totolum panis nos à Deo habere reliquum, eoq; pacatè vesci. Et si in illius potestate esset constitutum, nec post Deum oratio nostra obstaret: sanè ne culmum quidem in agris seruaremus incolumem, neque saluum obulum in marsupio, imò nec vnus horulæ vsuram ad viuendum nobis concederet, cum primis verò ijs, qui verbum Dei habent, & verè Christiani esse ex animo cupiunt.

Ecce ad hunc quidem modum Deus nobis indicat, quomodo omnes necessitates nostræ sibi curæ sint, cum quàm fideliter etiam temporalis victus nostri rationem habeat. Et quanquam hunc impijs etiam hominibus, & improbis nebulonibus affatim suppeditare soleat, atq; tueri: nihilominus tamen vult, ut pro eo consequendo oremus, ut certò cognoscamus, nos hæc omnia ab eius munificētia & liberalitate accipere, quòd sua eius paternam bonitatem erga nos propensam, non dubijs argumentis perspiciamus. Vbi enim manum

suam

Diaboli rabies molientis existim priuata vita. Et infinitas dissipationes.

Et naturam sustentari à Deo, Et precipue Ecclesiam Deo cura esse.

Difficultates imperiorum sunt pœna peccatorum.

suam aut clauerit, aut subtraxerit: nihil feliciter prouenire potest, aut deniq; retineri, id quod quotidie verissimum esse experimur. Quam enim hodie miseriam non patimur, adulterina saltē moneta, imò potius quotidianis aggrauationibus & exactionibus in publicis comērcijs, contractibus, negotijs, laboribus, eorum videlicet, qui pauperes pro sua libidine opprimūt, eorundemq; victum decurtant & iminunt? Quod quidem nobis perferendum est: ceterum illi sibi prospiciant, ne communis orationis iacturam faciant, sibi etiam atq; etiam cauentes, ne hanc Orationis Domini- cæ particulam sibi aduersam habeant.

QVINTA PETITIO.

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

In omni precatōne prius petenda remissio peccatorum.

Hic Articulus miseram & ærumnosam vitam nostram attingit, quæ, quanquam Deus Verbum habeamus, credamus, eius voluntatem faciamus & perferamus, cuiusq; donis ac benedictionibus alimur, peccatis tamen vacua & immunis non est, adeo ut adhuc quotidie prolabamur, modumq; excedamus, in mundo viuentes cum hominibus, multa nobis ægrè facientibus, causamq; impatientiæ, iracundiæ, vitio- nis, & similia exhibentibus. Adhæc, Diabolum a tergo nos infestantem habemus, qui ab omni parte nos impugnat, contraq; priores (ut dictum est) Articulos omnibus modis decertat, ita, ut non sit possibile, in tam frequenti & assiduo certamine non quandoquæ succumbere.

Quam ob rem hæc iterum magna necessitudo orandi nobis incumbit: Optime Pater, remitte nobis debita nostra. Non quòd non ante, aut citra nostram pre- cationem peccata nobis non remisit (siquidem

Eua-

uangelium nobis dono dedit, in quo meræ peccatorum condonationes continentur, priusquam pro illo impetrando orauimus, aut illud nobis in animum uenit) verum propterea nobis orandum est, ut talem remissionem agnoscamus & accipiamus. Cum enim carnis, in qua uiuimus quotidie, ea sit indoles & ingenium, ut Deo non fidat & credat, semper prauis sit deditio concupiscentiis, ut in dies singulos dictis ac factis, faciendo & omittendo peccemus, quare conscientia tranquillitas conturbatur, ut Dei iram atque indignationem perhorrescat, & ita consolationem & fiduciam euangelij amittat: peropus est quotidie atque adeo citra intermissionem huc curritare, consolationis pendende gratia, qua conscientiam iterum erectam subleuemus.

Verum enim uero hoc eò valere debet, ut Deus insolentis animi tumorem nobis infringat, inq; humilitate retineat. Eam enim sibi prerogatiuam solè præseruauit, ut, si quis ob suam probitatem sibi nimis placere, eam confidenter iactare uelit, aliosq; arroganter contemnere, ad se reuersus semetipsum intueatur, hancq; orationem sibi ante oculos ponat, ita fore, ut mox inueniat, se alijs nihilo meliorem esse. Omnes enim nobis coram Deo crux & demitteqdæ & contrahendæ sunt, ac gaudendum, ut remissionis hanc participes. Nec quisquam inducat animum, eò se remperducturum, ut quamdiu hæc uiuimus, non opus habeat ea remissione. In summa, nisi citra intermissionem remittat Deus, actum est de nobis.

Iam itaque huius precationis hic est sensus, ne Deus peccata nostra intueatur, ne uè meritis nostris debita premia reddat, sed nobiscum clementer agat, peccatorum concedens veniam, quemadmodum pollicitus est, atq; ita nobis lætam ac interritam largiatur conscientiam, qua animati coram eo & stare & precari

qua-

Hic attende mens de reconciliatone. Et mediatore Christo diligenter cogitet.

Insignis Ecclesia confessio in hoc loco, agnoscentis se habere peccatum.

Sensus huius precationis.

queamus. Vbi enim cordi cum Deo non recte conuenit, neq; talem haurire potest fiduciam: nunquam in perpetuum aliquid ab eo precari sustinebit. Porro autem eiusmodi fiducia, & animus lætitiæ gēstiens non aliunde venire potest, quàm si certò sciat, peccata sua esse remissa.

Sacramentum additum huic petitioni de nostra conditione, siue de penitentia.

Verùm huic precationi necessarium, attamen consolationis plenum adiectum est auctarium, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Pollicitus est, ut securus essemus, omnia peccata nobis esse remissa & condonata, ita tamen, ut nos vicissim proximo nostro offensunculas, quibus ab eo læsi sumus, benignè remittamus. Nam quemadmodum nos quotidie nostris peccatis Deum offendimus, & tamen ille omnia nobis benignè ignoscendo, condonat: ita nostri quoq; erit officium, proximo subinde dare veniam, qui damno, vi, atq; iniuria non afficit, dolo malo nobiscum agit, &c. Si grauius ignoscere proximo, nõ est, quòd tibi pollicearis accogites, Deum tibi tua peccata condonaturum. Si autem benignè ignoueris alijs; ea tibi consolatio & securitas proposita est, ut in cælo quoq; certò tibi ignoscatur. Et hoc quidem non propter tuam ignoscentiam aut veniam, quam largiris proximo: liberè enim facit, & gratuitò ex mera gratia, cum illud se facturum receperit, quemadmodum docet Euangelium: verum nos certos ac securos faciat, tanquàm simbolo seu certo signo vnà cum promissione proposito, quæ huic orationi consonat. Luc. 6. Remittite, & remittetur vobis. Eam ob rem Christus quoq; Matth. 6. illico post traditam orandi rationem repetit, inquit: Si enim remiseritis hominibus peccata eorum, remittet & vobis Pater vester cœlestis delicta vestra.

Proinde huic orationi tale signum annexum est, ut nos orantes promissionis admoneat, ut ita cogitemus. Optime Pater, ideo ad te oratum venio, ut mihi igno-

icas propitius, non quòd operibus queam satisfacere, aut veniam à te promereri, sed cùm tu hoc nobis promiseris, adiecta etiam sphragide, vt tam certus sim, veniz, ac si dictam à te absolutionem accepissem. Quantum enim baptismus & Sacramentum, pro externo signo constitutum præstat: tantum etiam hoc signum conscientiam nostram corroborare atque exhilarare potest: estq; ideo institutum pro alijs, vt hoc omnibus horis vti & frui queamus, vt re, quam semper nobiscum in parato habeamus.

SEXTA PETITIO.

Et ne inducas nos in tentationem.

Iam quidem satis superq; audiuimus, quantũ requirat laboris & operis, omnia quæcunq; precamur, retinere, & in illis constanter perseuerare, tamen vel sic vix fieri posse, vt non labamur & hallucinemur. Ad hæc quaquam eratorum veniam & conscientia tranquillitatem consequamur, ac per omnia à peccatis perpurgati simus: ita tamen vitæ nostræ ratio comparata est, vt hodie vnus aliquis stet, postero die cadat. Quapropter iterum nobis orandum est, ne nos iam probitatem & iusticiam consecutos, & pacata erga Deum conscientia versantes retrò prolabi, ac tentationũ impugnationibus cedere sinat. Est autem triplex tentatio, seu (vt Saxones nostri iam olim locuti sunt) conuersio, videlicet, carnis, mundi, & diaboli. Si quidem in carne versamur ac veterem Adamum humeris nostris circumferimus, hic suis mouetur affectibus, & nos subinde prouocat ac pellicit ad turpitudinẽ, ad socordiam, ad crapulam, & ingluuiem, ad auaritiã & fraudulentiam, ad decipiendum & defraudandum proximum, & vt in summa dicam, ad omnes prauas cupiditates, quæ natura nobis insitæ sunt, quæq; in nobis sæpenumero

Petiturgubernatio aduersus tentantem Diabolum sicut prius remissio peccatorum.

Triples tentatio. I. Carnis.

2. *Mundi.*

excitantur ab alijs videlicet sodalibus, perniciosis exemplis, audiendo & videndo: quæ non raro vel Davidis animum, vel si vsquam adhuc fuit incorruptior, possunt inflammare atque corrumpere. Deinde huic succedit mundus, à quo & dictis & factis offendimur, ac planè ad iracundiam & impatientiam compellimur. Atque vt summam vitutes mundanas perstringam, hic nihil aliud videre est, quàm odium & invidiam, inimicitias, simultates, iurgia, vim, iniurias, perfidiam, ultionem, maledicentiam, conuitia, contumelias, superbiam & insolentiam, nimio ornatu, honore, iactantia atque potentia semet effertentem, vbi nemo postiores ferre sustinet, sed reliquos omnes sua pompa post se relinquere studet. His succenturiatus, accedunt nunc Diabolus, passim instigans ac prouocans. Verum præcipuè in his perturbandis occupatus est, quæ conscientiam & spiritualia negotia pertinent, nimirum vt ex æquo & Verbum & opera Dei vêtis & auræ, quæ dicitur, committamus & cõtēnamus, vt à fide & caritate nos auellat, & in superstitionem, prauam notitiam fiduciam, & cordis indurationem, aut in extremam desperationem, & Dei abnegationem & execrationem, aliaque innumera & detestanda piacula iterum nos præcipitet. Hi iam sunt laquei & retia, imò potius illa

3. *Diaboli.*

ignita tela, quæ nequaquam caro & sanguis, verum Diabolus in corda humana omnium venenatissime torquet & iaculatur.

Ignita tela,

Inducti in tentationem est labi & ruere, cum tentamur.

Hæc equidem magna sunt & ardua pericula, nec leuium tentationum impugnationes, quæ cuique Christianorum perferendæ sunt, graues abundè, si harum vna sola tantum toleranda esset. Inde omnibus horis ad orandum, Deumque inuocandum compellimur, quamdiu in hac calamitosa vita constituti, ab omnibus partibus impugnamur, infestamur & fugamur, ne Deus nos desessos patiatur occumbere atque ita de-

num iterum in peccata, dedecus, & incredulitatem
prolabi. Absque hoc enim impossibile est, vel leuissi-
mam tentatiunculam viacere.

Iam hoc non dicitur in tentationem inducere, quo-
ties vim ac robur resistendi nobis suppeditat, neq; ta-
men tentatione sublata aut adempta. Neque enim
quisquam teatationem aut illectamenta deuitare
potest, donec in carne vitam egerit, & Diaboli copijs
circumvallatus fuerit. Et velimus nolimus, tentatio-
nes nobis sufferenda sunt, atq; etiam in illis ipsis nobis
versandum est. Porro autem hoc deprecamur, ne in
eisdem prolabamur, & in ijs submergamur. Quare
longè alia res est, tentationes persentire, & ijsdem con-
sentire. Persentire omnes cogimur, neque tamen eas-
dem omnes, sed nonnulli plures & grauiores, veluti iu-
uencus præcipuè carnis tentationibus inestatur. De-
inde, qui ad maturam & constantem ætatem peruene-
runt, iam grandiores facti, à mundo teatantur. Alij ve-
rò, qui rebus spiritualibus sunt impliciti, nimirum for-
tes illi Christiani à Diabolo. Verùm eiusmodi tenta-
tionum tentus, quando præter voluntatem nostram
nobis obijciuntur, nemini nocere possunt. Nisi enim
tententur, tentationes dici non possent. Porro tum
semum consentimus illis, quando laxatis habentis ijs-
dem indulgemus, neque vi neque oratione repugnan-
tes. Quapropter conuenit nos Christianos esse instru-
tos, ac quotidie assiduam tentationum pugnam ex-
pectare, ne quis tam oseitanter & securè in vitamuis
(quod aiunt) ætatem dormiat, quasi Diabolus procul à
nobis absit, sed vbi ictus præuidendi & declinandi
sunt, diligenter adungilet. Quippe quanquam modò
purus & castus sim, sim etiam patiens, mitis & dulcis,
stans firma fide munitus: fieri tamen potest, vt hac ho-
ra Diabolus tam pestifero & violento telo cor meum
conhigat, vt vix queat persistere. Eiusmodi enim
hostis est, qui nunquam cessat aut defatigatur.

*Certamina
piorum ad-
uersus Di-
aboli insi-
das.*

vt vbi tentationis procella impugnandi finem fecerit, subinde decem aliæ suboriantur. Quapropter in tanta difficultate non aliud relinquatur consilium aut remedium, quàm ad hanc orationem confugiendi, ac cum Deo ex corde ita loquendi: Tu me orare iussisti optime pater, fac precor, ne victus tentationibus retrò in antiquam flagitiorum lernam prolabar. Hoc facto, videbis, ac senties eas desinere ac minui, easdemque victas herbam tibi porrecturas. Alioqui si tuis cogitationibus & proprio consilio tibi opem ferre annulus fueris: rem malam tantùm deteriorem facies, ac Diabolo maiorem te impugnandi occasionem præbebis. Siquidem serpentinum caput habet, quod vbi foramen, per quod irrepere poterit, nactum fuerit, totum corpus nemine obstante illico subsequitur; cæterum oratione fugari ac repelli potest.

VLTIMA PETITIO.

Sed libera nos à malo, Amen.

Petitio generalis petitionem ab omnibus miseris huius vite, &c.

GRæci cõdices hoc loco ita habent, ἀλλὰ ἕως ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Quæ verba perinde sonant, videntur, quasi loquatur de Diabolo, quasi velit totam fasce omnia perstringere, vt huius orationis summum aduersus hostem nostrum capitalissimum instituta sit. Ille enim is est, qui ea omnia, quæ oramus, summo studio impedire conatur, nempe Dei nomen seu gloriam, Dei regnum & voluntatem, panem quotidianum, pacatam & lætam conscientiam, &c. Quamobrem hæc omnia summatim complectemur orantes: Charissime Pater, da precor, vt ab omni malo atq; infortunio liberemur. Nihilo minùs tamen ea quoq; vnà inclusa sunt, quæcunq; mala sub regno diaboli nobis possunt contingere, cuius generis sunt egestas, dedecus, mors, &c. breuiter omniam calamitatum & miseriarum tragedia

quæ

Quæ in terris multiplex & immensa est. Nam Diabolus
 non tantum mendax, verum etiam homicida sit:
 nunquam non nobis insidiosè necem machinatur, ut
 animo suo morem gerat, nobis in periculosos casus
 precipitatis, aut damno corporis affectis. Inde fit, ut
 complures fracta ceruice perimat, multos immissa in-
 sania rationis vsu priuet, nonnullos in vadis submersos
 suffocet, ac multos ad mortem voluntariam sibi met
 consciscendam adigat, aut alios quospiam casus terri-
 biles subire compellat. Quare nihil aliud in terris no-
 bis superest operis, quam ut indefinenter aduersus ca-
 pitalem hunc hostem oremus. Nisi enim diuinitus
 conseruamur, ne vnicam quidem horam ab insidijs
 eius tuti essemus.

Ex his iam dictis facilè perspicias, quomodo Deus
 pro omnibus rebus etiam ijs, quæ corporales sunt, ro-
 gari postulat, ut nusquam alibi, quam apud eum vnice
 vllum quærat aut expectetur auxilium. Cæterum
 hoc vltimo loco posuit. Si enim ab omnibus malis cu-
 stodire & liberari cupimus: necessum est, ut antea no-
 men eius in nobis sanctificetur, regnum eius penes nos
 sit, voluntas eius fiat. His, inquam, antè peractis, tum
 demum nos à peccatis, ab ignominia custodiet, præter-
 eà ab omnibus alijs, quæ aut dolori, aut perniciofa no-
 bis esse queant.

Ita nobis Deus omnes necessitates nostras, quibus
 premimur, compendiosissimè proposuit, ne qua nobis
 relinqueretur negligendæ orationis excusatio. Verum
 in hoc summa vis orationis sita est, ut dicere quoque
 discamus AMEN, hoc est, non hæsitare, orationem
 nostram certò esse exauditam, & futurum esse, quod
 precati sumus. Nihil enim aliud est, quam non hæsi-
 tantis fidei verbum, non orantis temerè, sed scientis,
 Deum non mentiri, posteaquam audiendi facilitatem
 & certitudinem pollicitus est. Iam vbicumque talis

*Diabolus
 mendax &
 homicida.*

*Christus hic
 res peten-
 das optimo
 ordine com-
 plexus est.*

*Amen vox
 fidei discer-
 nentis ve-
 re inno-
 cantes &
 hypocritas.*

fides non est: hinc usque veræ orationi locus esse potest. Quare perniciofa quædam illorum est opinio orantium, vt non audeant Amen quoque ad finem orationis adijcere, hoc est, certò concludere, se exaudiri, verùm in dubio perseverant dicentes: Qui verò tantum mihi sumerem, vt iactarem, Deum meas preces exaudiuisse, cum me peccatorem esse non ignorem? &c. Huius rei causa est, quòd non ad promissionem Dei, sed ad opus proprium, suamque dignitatem respiciant. Vnde fit, vt suis orationibus Deum tantum subsannent, & mendacij coarguant. Hinc quoque quilibet prolixè orantes consequuntur nihil, quemadmodum diuus Iacobus inquit: Qui orat, in fide orat, nihil hæsitan. Qui enim hæsitat, similis est rudui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. Non ergo existimet homo ille, quòd accipiat aliquid à domino. Recce tanti refert, apud Deum, vt certi simus, nos non frustra orare, & vt nullo modo preces nostras vili pendamus.

QVARTA PARS CATECHISMI.

De Baptismo.

*Doctrina
de Sacramenti
necessaria
Ecclesia.*



HACTENVS tres principales communis Christianæ doctrinæ partes excuti sumus. Præter has superest, vt de duobus quoque Sacramentis ab apostolo Christo institutis differamus, de quibus cuius Christiano, ad minimum breuis quædam institutio tenenda est: quandoquidem his ignoratis, nemo Christianus esse potest, tamen hætenus nihil prorsus rectè, nihil sani de his traditum est.

est populo, primùm verò ipsum Baptismum tractan-
dum nobis proponemus, per quem primitùs in Chri-
stianorum communionem cooptamur. Vt verò rectè
percipiatur: ordine cuncta explicabimus, tantùm ea
tradituri, quæ cognitu erunt necessaria. Quomodo e-
nim aduersus hæreticos Baptismus defendendus sit,
hoc doctis relinquentes commendabimus.

*Diabolica
mendax &
homicida.*

Principiò operæ precium est ipsa verba exactè nos-
se, in quibus fundatus est Baptismus, & ad quæ omnia
respiciunt, quæ de Baptismo tractanda sunt, nempe
vbi Christus inquit, Matthæi vltimo:

**Euntes in mundum vniuersum, docete
omnes gentes, baptizantes eos in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus sancti.**

Item, Marci vltimo:

**Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus
erit. Qui verò non crediderit, condemnabi-
tur.**

In his verbis primùm tibi notandum & expendend-
um venit, hîc extare Dei mandatù & institutionè, ne
dubitemus, Baptismù rem diuinam esse, non ab homi-
nibus excogitatam aut inuentam. Nam quemadmodù
pro certo dicere possum, Decem præcepta, Symbolum
fidei, Orationem Dominicam, nullù hominè è suo ca-
pite produxisse, sed ab ipso Deo data & mairifestata esse:
ita non minùs verè iactare possum, Baptismum non esse
humanæ rationis commentum, sed ab ipso Deo insti-
tutum, adhuc seuerè præceptum, vt nosmet baptizan-
dos offeramus, aut non saluari nos posse: ne quis in
eam cogitationem fortè veniat, rem esse tam leuicu-
lam, ac rubeam nouam tunicam induere. In hoc enim
summa vis & virtus pendet, vt Baptismum veluti rem

*Autoritas
mandati
diuini.*

præclaram ac preciosam magni æstimemus. De eo enim vel maxime pugnamus & dimicamus: siquidem iam mundus ita refertus est sectis, vociferantibus, Baptismi esse rem externam, rem externam verò nullius esse usus aut momenti. Verum pone esse rem quomodocunque externam: hic autem extat Dei Verbum & mandatum, quo Baptismus instituitur, fundatur & confirmatur. Quicquid autem Deus instituit & faciendum præcipit, certè non rem nihili, sed rem preciosam & vilem esse, necesse est: tametsi quò ad externam faciem stramineo culmo vilior esset. Potuimus hæcenus per multa secula magnifacere Papam, Jiteris ac Bullis suis vanissimis distribuente indulgentias, altaria aut templa confirmantem, tantum propter concessa sigilla & literas. Quanto maiore in precio atque existimatione nobis Baptismus habendus est, cuius ipse Christus auctor extitit, quem ipse præcepit, instruit, ac in cuius nomine administratur. Ita enim verba sonant: Ite, & baptizate, sed non in vestro, verum in Dei nomine.

Baptizare in nomine Dei est ab ipso Deo baptizari.

Collatio diuini operum & humanorum.

Si quidem baptizari in nomine Dei, non est ab hominibus, sed ab ipso Deo baptizari. Quapropter quamquam manu hominis administratur, reuera tamen proprium Dei opus censendum & habendum est. Ex quo quiuis haud difficulter potest colligere, Baptismi opus multò esse sublimius & præstantius, quam vllum opus factum ab vllò diuorum, aut hominum. Quæ enim opera possunt esse, diciuè maiora, quam Dei opera? Sed enim hic omni studio occupatus est Diabolus, ut factitia quadam larua & facie nos decipiat, & à Dei opere ad nostrum opus nos abducat. Multò enim splendidius & præclarius esse videtur, Carmelitam quempiam magna & laboriosa quædã facere opera, & nos ipsi multò maioris opera & merita nostra, quam Dei æstimamus. Verum scriptura ita docet, quanquam omnium monachorum opera, quantumuis nitentia, in vnum con-

fla,

fiata cumulerentur, neq; tamen tam preciosa habenda forent, quam si Deus tantum stipulam humo sustulerit. Quid ita? Propterea, quod persona nobilior est, atque excellentior. Iam verò hoc loco persona nequaquam iuxta opera, verum opera iuxta personam æstimanda sunt, à qua dignitatem mutuatur & præciū. Verum hic insana ratio peruersè ac præposterè iudicans ita existimat, cum non perinde splendidam faciem Baptismus præ se ferre soleat, atq; opera, quæ ipsa facit, nullius etiam momenti esse Baptismum.

Ex his iam memoratis sanum intellectum percipe, atq; interrogatus, quid Baptismus sit? Ita responde: Non esse prorsus aquam simplicem, sed eiusmodi, quæ Verbo & præcepto Dei comprehensa, & illi inclusa sit, & per hoc sanctificata, ita vt nihil aliud sit, quam Dei seu Diuina aqua, non quod aqua hæc per se se quauis alia sit præstantior, sed quod ei verbum ac præceptum Dei accesserit. Quocirca mera sycophantia est, & Diaboli illusio, quod hodie nostri noui spiritus, vt blasphemant & contumelia afficiant Baptismum, Verbum & institutionem Dei ab eo diuellunt, nec aliter intuentur eum, quam aquam è puteo haustam, ac demceps ita blasphemio ore blaterant: Quid verò utilitatis manus aquæ plena præstaret animæ? Quis verò adeò vecors & inops animi est, qui hoc ignoret, diuisis Baptismi partibus, aquam esse aquam? Qua verò fronte ta tibi tantum sumis, vt non verearis ab ordinatione Dei preciosissimum *κ ε μ λ λ ο ν* auellere, quo Deus illam constringit & inclusit, neq; inde diuelli vult aut seungi? Quippe verbum Dei, aut præceptum, item nomen Dei, in aqua ipse solet esse nucleus, qui thesaurus ipso cælo & terra omnibus modis nobilior est & præstantior. Ad hunc ergo modum ita discerne, longè aliam rem esse Baptismum, atq; omnes alias aquas: non naturalis essentia gratia, sed quod huic aliquid præstantioris rei adiungitur. Ipse enim Deus Baptismum suo honestat

*Definitio
Baptismi.*

Anabaptista.

*Sacramentum constat
Verbo & signi-
ficatio, quæ in
usu non de-
betur. In Ceteris
non opus si-
ne Verbo*

*sed una
cum Verbo
Dei consi-
derandum.*

*Dictum
Augustini.*

*Reuelatio
diuinitatis
in Bap-
tismo Christi
facta.*

nomine, suaq; virtute confirmat. Et am ob rem non tantum naturalis aqua, sed etiam, diuina, coelestis, sancta, salutifera aqua, quocunq; alio laudis titulo nobilitari potest, habenda & dicenda est: hocq; non nisi Verbo gratia, quod coeleste ac sanctum Verbum est, neque quoquam satis ampliter, dignè, & cumulate laudari potest: Siquidem omnem DEI virtutem & potentiam in se habet comprehensam. Inde quoq; Baptismus siam accipit essentiam, vt Sacramenti appellatione inreatur, quemadmodum sanctus etiam docet Augustinus: Accedat, inquit, verbum ad elementum, & fit Sacramentum, hoc est, res sancta atq; diuina.

Quocirca nunquam non docemus, Sacramenta omnes res externas, a Deo ordinatas & institutas, non intuentas esse, iuxta crassam illam & externam huiusmodi, veluti nucis putamina intuemur, sed quemadmodum hisce verbum Dei inclusum sit. Neque secus de parentum statu & Magistratibus loquimur, quos quatenus intueri volumus, quatenus nares, oculos, nares, cutem, pilos, carnem & ossa habeant, tum Turcae & gentilibus sunt similes. Ac aliquis dicere possit: Cur hos maioris facerem, quam alios? Atqui accedente præcepto, Honora patrem tuum & matrem tuam, ubi unum virum video, diuina maiestate & gloria indutum & exornatum. Præceptum, inquam, aureus ille torques est, quem collo circumfert, imò potius corona in capite, indicans, quomodo & quam ob rem hæc caro & sanguis honorandi sint. Ita quoque ac multò quidem vehementiùs Baptismo honor habendus est propter verbum, quippe quem ipse Deus, & verbo & factò honorauit, adhuc miraculis cœlitus ostensis confirmauit. Nam enim putas rem fuisse ioculari, cum Christus semetipsum Iohanni baptizandum offerret, & colum simul aperiretur, & Spiritus sanctus proplam cœlo columbina specie descenderet, nec quicquam

aliud adesse, quod non certissimis documentis Diuinam maiestatem & gloriam repræsentaret? Quare iterum atque iterum reperens moneo, ne hæc duo, Verbum & Aquam, villo modo disiungi atque diuelli patiamur. Separato enim inde verbo, non alia est aqua, atque illa, qua in culina ad elixandas carnes culinæ præfecta vitur, potestq; non malè balneatorum dici Baptismus. Cæterum coniuncto Verbo, sicut Christus ordinauit & instituit, tum Sacramentum est, ac Christi Baptismus dicitur. Et hæc prima huius institutionis pars sit de essentia & dignitate huius Sacramenti.

Deinde, posteaquàm certi sumus, quid sit Baptismus, & quid de eo sentiendum: etiam illud nobis discendum venit, quam ob rem, & in quem usum, Baptismi ratio instituta sit, hoc est, quid utilitatis baptizatis adferat, conferat & pariat? Verùm neque hoc melius atque compertius, quàm ex verbis Christi supra citatis sciri potest ac percipi, nimirum, Qui credent, & baptizatus fuerit, saluus erit. Quare res summam ita simplicissimè complectere, hanc videlicet Baptismi virtutem, opus, fructum, & finem esse, vt homines saluos faciat. Nemo enim in hoc baptizatur, vt princeps euadat, verùm sicut verba sonant, vt saluus fiat. Cæterum saluum fieri scimus nihil aliud esse, quàm à peccati, mortis & Diaboli tyrannide liberari, in Christi regnum deferri, ac cum eo immortalẽ vitam agere. Ex hoc iterum non obscure perspicias, quanti momenti ac pretij Baptismus habendus sit, in quo tam inestimabilem, tamq; ineffabilem thesaurum consequimur. Atque hoc ipsum sufficienter indicat, Baptismum solam ac simplicem aquam esse non posse. Eius enim virtutis simplex aqua esse non potest, verùm enim uero **D E I** uerbum facit, tum quòd (vt supra diximus) **D E I** nomen in illo sit. Iam ubicunq; **D E I** nomen est:

*Quando
Cereonia
habeat ra-
tionem Sa-
cramenti.*

*Effectus
Baptismi
remissio
peccato-
rum, &
donatio
Spiritus S.*

*Saluum fi-
eri quid sit.*

ibi vitam quoque & iunnam felicitatem esse necessarium est, ut non iniuria, diuina, beata, fructuosa, & omnis gratiæ plena aqua dici possit. Etenim verbi diuini accessione eam virtutem consequitur, ut *λουτήριον παλιγγενεσίας*, lauacrum regenerationis sit, sicuti nominat Paulus ad Titum tertio.

Quod autem nasutuli nostri *μωροί*, noui illi spiritus, superciliosè admodum fabulantur, fidem solam esse, quæ saluos faciat, opera verò & res externas ad salutem consequendam, nihil præstare aut facere. Respondeo. Sanè in nobis nihil aliud facere aut operari salutem, quàm fidem, qua de re mox infra latet. Atqui hoc cæcorum duces videre nolunt, fidem necessariò aliquid habere, quod credat, hoc est, cui innitatur, & qua re suffulta persistat. Ita iam fides aquæ hæret, creditq; Baptismum esse, in quo uera beatitudo & vita est: non aquæ virtute (vt abundè dictum est) sed per hoc, quod Baptismus Verbo & ordinatione diuina vnitus & confirmatus est, eiusq; nomine nobilitatus. Iam hæc credens, quid aliud quàm in Deum credo, in eum, qui suum Verbum Baptismo indidit & miseruit, ac nobis externas res proponit, in quibus tantarum rerum thesaurum comprehendere queamus?

Iam vsq; adeò insaniunt noui illi Spiritus, vt distinguere non vereantur fidem, & rem, cui fides adheret, & alligata est, tametsi externa sit. Verùm hæc non potest non externa esse, vt sensibus percipi & comprehendendi possit, atq; ita deinceps animo insigi, quemadmodum totum Euangelium externa quædam & corporalis est prædicatio. In summa, quidquid Deus in nobis facit & operatur, tantùm externis istiusmodi rebus & constitutionibus operari dignatur. Vbicunque ita loquitur, imò potiùs quocunq; aut per quemcunq; locutus fuerit, eò fidei dirigendi sunt oculi, eiq; adherendum. Iam hîc verbum Dei in promptu habemus

*Ad Anabaptistarum
obsecratione
responsio.*

Sacramenta sunt specula seu testimonia promissionibus addita, vt certius credamus.

Qui crediderit & baptifatus fuerit, faluus erit. Quor-
fum ifta verba aliàs, quàm de Baptifmò dicta funt, hoc
eft, de aqua diuino ordine fundata & confirmata? Ex
hoc fequitur, vt is, qui Baptifmum contemnit & reij-
cit, Verbum Dei, fidem & Chrifmum quoq; reijciat, eò
nos ducentem, & Baptifmo alligantem.

Tertiò, cognita iam ingenti cum virtute, tum utili-
tate Baptifmi, videamus vltèriùs, quæ perfonæ fit talia
accipiens, quæ per Baptifmum offeruntur. Hoc iterum
pulcherrimè & clariffimè in his verbis expreffum eft:
Qui crediderit & baptizatus fuerit, faluus erit. Hoc eft,
fola fides perfonam dignam facit, vt hanc falutarem &
diuinâ aquam vtiliter fufcipiat. Cum enim hoc in ver-
bis vnâ cum aqua nobis offeratur & proponatur, non
alia ratione potèft fufcipi, quàm vt hoc ex animo cre-
damus. Citra fidem nihil prodeft Baptifmus, tamen fi
per fe fe cœleftis & inæftimabilis thefaurus eſſe negari
non poſſit. Ideò vnicum illud verbum (Qui crediderit)
tantum potèft, vt excludat atq; reijciat omnia opera,
quæcunq; facere poterimus hoc animo, vt per ea falu-
tem confequamur & promereamur. Iam enim ita irre-
uocabiliter decretum eſt, quidquid fides non eſt, illud
ad confequendam falutem nihil profuturum, neq; tan-
tillum confequaturum.

Quod ſi, vt ſolent, dixerint: Tamen ipſe quoque
Baptifmus opus eſt, & tu dicis, opera ad falutem confe-
quendam nullius eſſe momenti, vbi tunc manet fides?
Reſponde. Sanè verò noſtra opera ad falutem nihil fa-
ciunt: porrò autem Baptifmus non noſtrum, ſed Dei
opus eſt. Dei enim Baptifmus, vt dictum eſt, lon-
ge lateq; à balneatoris Baptifmo tibi ſecernendus
eſt. Dei autem opera falutifera funt, & ad falutem con-
ſequeadam neceſſaria, neq; excludunt, ſed fidem requi-
runt, citra quam comprehendere non poſſent. Eo enim,
quòd te aqua perfundi ſinis, Baptifmum nondum per-

ceſſiſti

*Quibus pro
ſit Bapti-
ſmus.*

*Aliud ar-
gumentum
aduerſa-
riorum.*

cepisti aut seruasti, vt inde aliquid emolumentum ad te redeat. Verum inde primum tibi proderit, si hoc consilio temet baptizandum obtuleris, vt Dei mandato & institutioni satisfacias, vt in nomine Domini baptizatus promissam in aqua salutem consequaris. Iam hoc neque manus neque corpus efficere potest, sed corde credendum est. Ita vides liquidò, hic nullum esse opus, quod à nobis fiat, sed thesaurum, quem ille nobis largitur, sola fides apprehendit: non secus atque Dominus Iesus in cruce nullum opus est, sed thesaurus verbo comprehensus, nobisq; oblati, quem sola fides apprehendit & consequitur. Iniuriam itaque nobis faciunt, cum aduersus nos vociferantur, quasi contra fidem doceamus, cum tamen vnicè illam vrgeamus & incalcemus, vt quæ tam sit necessaria, vt sine illa nihil quicquam possimus apprehendere aut consequi.

Ita quidem habemus tres huius Sacramenti partes, quas quilibet Christianus tenere debet, præcipue vero quòd Baptismus Dei sit constitutio, in omni honore ac precio habenda. Quæ vna abundè satis nos mouere debet, tamen si res prorsus sit externa. Quemadmodum quartum præceptum, Honora patrem tuum & matrem tuam, tantum de corporali carne & sanguine honorandis constitutum est, in quo non carnem & sanguinem, sed Dei præceptum intuemur, cui illa inclusa sunt, cuiusq; gratia, caro & sanguis pater ac mater dicuntur. Ita quoq; si præter hæc verba: Ite & baptizate, &c. nihil nobis esset aliud, attamen nobis illa, vt Dei constitutio, arripienda essent & facienda. Iam hic non tantum adest præceptum & mandatum faciendi, verum etiam promissio. Quare multò præstantior est, atque sublimior Baptismi constitutio, quam alia, quæ à Deo præcepta & ordinata sunt. In summa, adeo plena est consolationis & gratiæ, vt eius sublimitatem cælum ac terra assequi nequeant. Verum hæc arte o-

*Mandatū.
Item baptizate.*

*Promissio.
Qui crediderit & baptizatus fuerit.*

pus est, vt hæc vera esse credantur, neque in thesauro quicquam desiderari potest, in hoc vis sita est, vt comprehendatur, & comprehensus firmiter retineatur.

Quapropter quiuis Christianus per omnem vitam suam abundè satis habet, vt Baptismū rectè perdiscat, atque exerceat. Sat enim habet negocij, vt credat firmiter, quæcunque Baptismo promittuntur, & offeruntur, victoriam, nempe, mortis ac Diaboli, remissionem peccatorum, gratiam DEI, Christum cum omnibus suis operibus, & Spiritum Sanctum cum omnibus suis dotibus. Breuiter ista omnia, quæ Baptismus secum adportat, omnem humanam cogitationem exuperant, ita vt si imbecilla natura animo repeteret, non iniuria in dubium veniret, num vera esse possint. Ipse enim æstima: Quod si vsquam gentium esset medicus ea arte præditus, qua posset efficere, ne homines morerentur, aut si mortem oppeterent, postea tamen perpetuò viuerent, quam non ad eundem maximi minimiq; certatim & vndarum instar multis cum opibus curfiterent, ita vt præ dititum turba nulla daretur accedendi copia? Iam hîc in Baptismo paruis & amplis, hoc est, omnibus gratuitò ad fores vsque offertur eiusmodi thesaurus & medicina, quæ mortem absorbet, ac homines in vita conseruat. Ita Baptismus intueudus est, & nobis fructuosus faciendus, vt hoc freti corroboremur & confirmemur, quoties peccatis aut conscientia grauamur, vt dicamus: Ego tamen baptizatus sum: quod si baptizatus, certum est, ea promissa mihi data esse, me beatum fore, ac vitam immortalẽ & animam & corpore possessurum. Ideo enim hæc duo in Baptismo fiunt, vt & corpus aqua perfundatur, quod præter aquam nihil plus potest capere, & ad hoc verba proferuntur, vt hæc anima capiat. Iam verò quoniam & aquam & verba vnū Baptismum esse constat, sequitur vt & corpus & anima salua fiant, ac in æternum viuant.

*Afiduus
Baptismi
Suis in o-
minis vita*

Anima

Anima quidem per Verbum, cui credit: corpus autem quoniam animæ unitum est, & Baptismum quoq; apprehendit, qua ratione potest apprehendere. Quæ neq; in anima, neq; in corpore vsquam rem preciosior rem habemus: siquidem Baptismi auxilio prorsus sancti ac felices reddimur, id quod alioqui nulla vita, nullum vsquam opus potest assequi.

De Baptismo infantum.

Sentire infantes baptizandos. Prior responsio.

Hæc quidem de Baptismi essentia, vtilitate & vsu, quæcunq; scitu erant necessaria, dicta sufficiant. Hoc verò loco occurrit quæstio, qua hodie Diabolus per sectas suas mundum variè illaqueat, nempe de puerorum Baptismo, num illi quoq; credant, aut rectè baptizentur. Ad hanc nos ita breuiter respondemus: qui simplici intelligentia præditus est, ille hanc quæstionem indiscussam à se remoueat, ac doctoribus discutiendam relinquat. Quòd si tamen respondere volueris, ita responde: Puerorum Baptismum Christo placere & gratum esse, suo ipsius opere abundè ostenditur, nempe quòd Deus illorum non paucos sanctificauit, eosdemq; Spiritu sancto impertiuit, qui statim à partu infantes baptizati sunt. Sunt etiam hodie non parum multi, quos certis indicijs animaduertimus Spiritum sanctum habere, cum doctrinæ eorum, tum etiam vitæ nomine: Sicut & nobis gratia Dei datum & concessum est, nosse scripturas interpretari, & Christum cognoscere, quod citra Spiritum sanctum nullo modo fieri posse, nemo dubitat. At si puerorum Baptismus Christo non probaretur: nulli horum Spiritum sanctum, aut ne particulam quidem eius impertiret, atq; vt summatim, quod sentio, eloquar, per tot seculà, quæ ad hunc vsq; diem elapsa sunt, nullus hominum Christianus perhibendus esset. Quoniam verò Deus Baptismum sui sancti Spiritus donatione confirmat, id quod in nonnullis Patribus, diuo Bernhardo, Gersono, Iohanne Huf, & in alijs, non obscuris argu-

mentu

mentis intelligitur, neque sancta Christianorum Ecclesia, usque ad consummationem seculi interibit: fateri coguntur, Deo Baptismum non displicere. Neque enim sibi ipse potest esse contrarius, aut mendacis & nequitiae suffragari, neque huic promovendae gratiam suam, ac Spiritum suum impertire. Et hæc ferè optima & firmissima est pro simplicibus & indoctis comprobatio. Neque enim hunc articulum, Credo Ecclesiam Catholicam, communionem sanctorum, &c. nobis eripient aut subvertent unquam.

Deinde hoc quoque dicimus, nobis non summam vim in hoc sitam esse, num ille, qui baptizatur, credat nec ne; per hoc enim Baptismo nihil detrahitur. Verum summa rei in Verbo & præcepto Dei consistit. Hoc quidem aliquantò est acutius, veruntamen in hoc totum versatur, quod dixi, Baptismum nihil aliud esse, quam aquam & verbum Dei simul iuncta: hoc est, accedente aquæ verbo, Baptismus rectus habendus est, etiam non accedente fide. Neque enim fides mea facit Baptismum, sed Baptismum percipit & apprehendit. Tam Baptismus non vitatur aut corrumpitur, hominibus eo abutentibus, aut non rectè suscipientibus, qui (ut dictum est) non fidei nostræ, sed Verbo Dei alligatus est. Nam quanquam hodierno die Iudæus quispiam fraudulenta quapiam simulatione, & malitioso proposito veniret, se baptizandum offerens, nosque eundem seridò omni studio baptizaremus, nihilominus nobis dicendum esset, Baptismum verum & rectum esse. Hic enim aqua cum verbo Dei præstò est, tametsi ille non recto animo, ut debet, susceperit: sicut illi, qui indignè ad cenam Domini accedunt, verum corpus Domini accipiunt, quanquam non crediderint.

Ita vides Rottensum *καθηγοριαν* objectionem vanam esse, & nullius roboris. Nam quemadmodum diximus, quanquam pueri non credereat, quòd nullo

*Posterior
responsio.*

Exempla.

modo affirmandum est (vt iam ostentum est) tamen
 primus verus esset, neq; quisquam eos rebaptizare de-
 bet: veluti Sacramento nihil detrahitur, tamen si
 quis ad eius participationem improbo animo acce-
 dit: neq; ferendum esset, vt eadem hora propter pro-
 ceam abusum ad sumendum accedat denuò, quasi inire
 verum Sacramentum non percepisset. Hoc enim esse
 summa contumelia & ignominia Sacramentum affi-
 cere. Qua verò ratione verbum & institutio Dei pro-
 pterea irrita esse debebunt, quia nos non rectè vtimur.
 Propterea dico, si non rectè credidisti prius, tamen
 adhuc crede, atque ita dicas: Baptismus quidem re-
 ctus fuit, ego verò miser eundem non rectè suscep-
 i. Nam ego ipse quoque, & omnes alij, qui baptizantur
 coram Deo ita coguntur dicere: Venio huc in mea
 aliorum fide, neque tamen asseueranter affirmare ad-
 deo, me certò credere, & multi pro me precantur, sed
 huic fidens innitor, quòd hoc verbum & præceptum
 tuum sit. Quemadmodum ad cœnam corporis & san-
 guinis Domini accedo, non mea fide, sed Christi ver-
 bo fretus, siue iam firmo, siue infirmo sim animo, il-
 lud ego Deo meo commendo. Hoc tamen com-
 pertè teneo, quòd iussu Dei mihi accedendum, eden-
 dum & bibendum est &c. quodq; mihi suum corpus
 & sanguinem donat, quæ res nunquam mihi mentie-
 tur, aut me decipiet. Ad hunc modum cum puerorum
 Baptismo quoque facimus, puerum Ecclesie ministro
 baptizandum adportamus, hac spe atque animo, quòd
 certò credat, & precamur, vt Deus eum fide donet, ve-
 rum propterea nõ baptizamus, sed potius quòd Deus
 ita faciendū nobis præceperit. Cur ita? Ideò quòd cer-
 ti simus, Deum non mentiri. Ego & proximus meus,
 & in summa, omnes homines errare possunt & fallere,
 porro autem verbum Dei nec potest errare nec fallere.
 Quocirca nimium vtique confidentes & crassi sunt
 spiritus illi, qui ita concludentes inferunt: Vbi fides
 non

*Collatio ri-
 tus Bap-
 tismi & cœ-
 næ Domi-
 ni.*

*Refutatio
 ratiocina-*

non est, ibi nec Baptismus rectus esse potest. Quasi ita *tionis Ana-*
 velim concludere, si fidem non habuero, sequitur Chri- *baptistica.*
 tum nihil esse. Aut sic, si maiorum iussis morem non
 gesserō, nec parentes nec magistratus quicquam sunt.
 recte ac bene colligitur, vbi quis non facit, quod
 illi faciendum fuerat, propterea sequi, rem per se ni-
 hil esse aut valere? Quin potius argumentum inuerte,
 atque ita collige. Sanè ob id ipsum Baptismus quan-
 tius precij & rectus habendus est, quòd non rectè ab
 hominibus susceptus est. Si enim per se Baptismus re-
 ctus non esset, eo nullo modo possemus abuti, aut ab-
 utendo delinquere. Abusus non tollit, sed confirmat
 substantiam, vulgò dici solet. Siquidem aurum nihilo-
 minus manet aurum, quantumuis illud meretricula
 cum scelere & dedecore gesserit ac circumferat.

Quare tandem semel conclusum esto, Baptismum
 omni tempore rectum esse ac plenam permanere eius
 substantiam, atiam si vel vnus hominum baptizaretur,
 neque tamen rectè crederet. Neque enim id, quod se-
 mel Deus ordinauit & locutus est, ab hominibus mu-
 tari sinit aut perverti. Verùm enim uerò vsq; adèd ex-
 ceccati sunt fanatici illi spiritus, vt Dei præceptum ac
 verbum perspicere nequeant: neque Baptismum &
 Magistratus aliter intuentur, atque aquam in fluxijs
 ac olla, aut alium quempiam hominem: & cum nullā
 fidem aut obedientiam videant, & Baptismus & Ma-
 gistratus nihil esse cogitur. Hic verò clandestinus &
 detestiosus latitat Diabolus, qui perlubenter coronam
 magistratui eriperet, & deinceps oppressus conculca-
 retur pedibus, adhuc omnia Dei opera & ordinatio-
 nes redactæ in nihilum subuerterentur funditus. Ideò
 nobis ad vigilandū est nauiter omni panoplia instructis,
 ne à verbo Dei diuelli & abstrahi nos patiamur, vt Ba-
 ptismū non nudū & solū signum esse credamus, quem-
 admodū nostri spermologi seu Schvvermeri somniant.

*De signifi-
catione &
fine Bapti-
smi.*

*Ritus ipse
pingit præ-
cipuam si-
gnificationem.*

*Vetus ho-
mo.*

*Mortifica-
tio carnis.*

Ultimò, neque illud prætereundum aut ignorandum est, quid Baptismo significetur, tum quam ob rem Deus talibus externis signis & gestibus hoc Sacramentum celebrandum instituerit, per quod primum Christianorum communionem cooptamur. Opus vero aut gestus est, quòd baptizandi in aquam mergimur, qua prorsus contegemur, & postea merfi iterum extrahimur. Hæ duæ res, in aquam mergi, & iterum emergere, virtutem & opus Baptismi significant, quæ non sunt alia, quàm veteris Adami mortificatio, & postea noui hominis resurrectio. Quæ duo per omnem vitam nobis indefinenter exercenda sunt: ita vt Christiani vita nihil aliud sit, quàm quotidianus quidam Baptismus, semel quidem inceptus, sed qui semper exercendus sit. Ita enim fieri necesse est, vt subinde veteris Adami sordes repurgentur atq; eluantur, vt noui hominis nitor & forma prodeat. Quid autem est vetus homo? hoc nimirum est, quod ab Adamo patre nostro nobis successione quadam hæreditaria innatum est, scilicet quòd sumus iracundi, immites, inuidi, luxuriosi, auari, pigri, superbi, increduli, breuiter omnibus vitijs contaminati, & in quibus natura nihil boni inest. Tam in Christi regnum delati, hæc vitijs quotidie decrescendum est, vt subinde magis atque magis mitiores, liberaliores, patientiores, mansuetiores fiamus, semper aliquid auaritiæ, odio, inuidentiæ, superbiæ, atq; id genus vitijs detrahentes.

Et hic est rectus Baptismi vsus inter Christianos, per aquæ mersionem significatus. Caterùm vbi Baptismi exercitium non viget, sed Adamo veteri habere contentantur, vt indies fiat ferocior: hoc non dicitur vt in Baptismo, sed eidem reluctari. Qui enim extra Christum sunt, non possunt non quotidie in peius degenerare: sicut & vulgato, eoq; vero dicitur proverbio: Nuncquam nõ deteriores, quòd seniores, eò peiores. *Ambr.*

(einger/se lenger/se böser.) Quod si quis anno superio- *Germani-*
 re non nihil cepit fastu insolere, & ad rem attentus *cum pro-*
 esse: ille mox anno sequente multò fit insolentior, & *uorbum.*
 ad rem attentior, ita vt vitia ab incunabulis cum eo
 certis quibusdam incrementis progrediantur. Infans
 puer nullis singularibus vitijs infectus est: sed vbi ado-
 uerit, in inodestæ, intemperantis, & lasciuæ vitæ in-
 quina mentis contaminatur: mox constantè ac virilem
 ætatè consecutus, tum demù magis atq; magis vera illa
 virtutum seges erumpit. Quare vetus homo naturam
 suam nemine obstantè sequitur, si non Baptismi virtute
 coercitus & refrenatus fuerit. Contra, vbiunque
 Christiani facti sunt, decrescit quotidie ac imminuitur,
 donec prorsus abolutus fuerit. Et hoc est verè in Ba-
 ptismo mergi, & iterum quotidie emergere. Itaq; hoc
 consilio externum signum nobis propositum est, non
 tantùm, vt efficaciter operetur, verùm etiam, vt aliquid
 significet. Iam vbiunque fides fructibus foecunda vi-
 get, hic Baptismus non tantùm inanem significatio-
 nem repræsèntat, sed mortificandæ carnis opera con-
 iuncta habet. Porrò autem absente fide, nudum & in-
 efficax signum tantùm modò permanet.

Ex his iam clarè vides, Baptismù æquè & virtute &
 significatione sua tertium quoq; Sacramentum com-
 prehendere, quo pœnitentiam appellare cõsueuerunt:
 quæ propriè nihil aliud est, quàm Baptismus, aut eius
 exercitium. Quid enim pœnitentia dici potest aliud,
 quam veterem hominem magno adoriri animo, vt eius
 concupiscentiæ coerceantur, ac nouam vitam am-
 plecti? Quare viuens in pœnitentia, in Baptismo ver-
 saris, hanc nouam vitam non solùm significante, verùm
 etiam operante, incipiente & exercente. In hoc enim
 baptizatis datur, & gratia & Spiritus & virtus veterem
 hominem compescendi, vt nouus prodeat ac confir-
 metur. Hinc Baptismus semper subsistit: & quanquam

*Ceremonia
 sine fide ac-
 cipienti uo-
 lida.*

*Non esse re-
petendam
baptismi
ceremoniam.*

*Signum se-
mel acce-
ptum est
perpetua
nota, &
perpetuum
testamentum.*

*Hieronymi
error.*

aliquis ab eo peccatorum procellis abreptus excidat, nobis tamen subinde ad eum regressus patet, ut veterem hominem respicientiæ iugo iterum subijciamus. Verùm, ut iterum aqua perfundamur, non est necesse. Nam etsi centies in aquam mergeremur, nõ tamen nisi vnus Baptismus est. Cæterùm opus & significatio durat & permanet. Ita respicientia aut pœnitentia nihil aliud est, quàm regressus quidam & reditus ad Baptismum, ut illud iterum petatur & exerceatur, quod antè quidem inceptum, & tamen negligentia intermissum.

Hæc ideo à me dicuntur, ne in eam veniamus opinionem, in qua permultos iam annos fuimus, opinati Baptismum iam completum esse, ut eò amplius uti nequeamus, posteaquam iterum in peccata prolapsi fuimus. Cuius rei causa extitit, quod eundem vltimus non sumus intuiti, nisi secundùm externum opus, quod semel factum atque completum est. Atque hoc inde quoq; euenit, quòd diuus Hieronymus scriptum reliquit. Pœnitentiam secundam esse tabulam, qua nobis ex huius mundi pelago natandum & trajiciendum est, fracta iam nauis, in quam transcendimus atque trajicimus, delati in Christianitatem. Sed hisce verbis Baptismi usum Hieronymus nobis sustulit, ut nobis amplius utilis esse nequeat. Quam obrem nequaquam rectè docuit: neq; enim nauis frangitur, quando (ut diximus) Dei ordo seu constitutio, & non nostrum opus est. Illud verò non rarò fieri solet, ut labentes excidamus. Iam si quis exciderit, ille det operam, ut iterum adnata, huicque adhærescat, donec iterum in nauem recipiatur, inque ea iterum perinde versetur, ut primum inceperat.

Ita iam liquidò omnibus compertum esse arbitror, quàm præclara ac mirifica res sit Baptismus, eripiens nos à rictu Diabolico, Deum nobis proprium faciens,

pecca-

peccatum opprimens & auferens, deinde in dies singulos nouum hominem fortificans, semper etiam durans & permanens, donec ex hoc exilio erepti, ad immortalē gloriam migrauerimus. Eam ob rem cuique Baptismus ita habendus est, ut amictus quotidianus, quo indutus semper debet incedere, ut nunquam non in fide, eiusque fructibus inueniatur, ut coercitis veteris hominis concupiscentijs, in nouo adolescat. Si etiam Christiani perhiberi contendimus, Baptismi opus seculū nobis exercendū est, vnde Christiani appellationem promeremur. Si quis autem exciderit, ille accedat vicissim. Nam quemadmodum Christus omnis gratiæ & misericordiæ sedes non cedit, neque obstat nobis prohibens iterum ad sese accedere, quanquam peccantes hallucinemur: ita quoque vniuersorum bonorum suorum & donorum thesaurus inconcussus permanet. Iam quemadmodum semel in Baptismo peccatorum condonationē affecti sumus, ita ea adhuc quotidie permanet, quam diu viuimus, hoc est, donec in terris veterem hominem collo circumferimus.

*Baptismus
quam doctrinam
& consolationem afferat.*

DE SACRAMENTO ALTARIS.



Vemadmodum hactenus de Baptismo differuimus, ita iam nobis deinceps de secundo quoque Sacramento differendum est, nempe de his tribus partibus, quid sit, quid utilitatis adferat sumentibus, insuper quibus fruendum aut sumendum sit. Atque hæc omnia ipsius scripturæ verbis confirmata comprobabimus, quibus à Christo iam ab initio institutum est. Hæc equidem cuius Christiano cognoscenda sunt, quæ quidem Christianus

Tres præcipua questiones de Cæna Domini.

esse contendit, & huius Sacramenti cupit esse particeps. Neque enim nobis est animus posthac admittendi quemlibet, aut quibuslibet illud administrandi, ignorantibus quid hic quærant, aut quam ob rem accedant. Cæterum verba hæc sunt:

*Verba Cæ-
næ Domi-
nica.*

Dominus noster IESVS CHRISTVS, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur: Hoc facite in mei commemorationem. Similiter & calicem, postquam cenauit, cum gratias egisset, dedit illis, dicens: Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis & multis effunditur, in remissionem peccatorum: Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in mei commemorationem.

Principiò nequaquam decretum est nobis hic cum quoquam pedem conferre, aut contentionis gratia cum huius Sacramenti detestandis blasphematoribus suscepto bello in arenam descendere: Verùm sub initium potius discere, qua in re huius Sacramenti vis & virtus (vt in Baptismo fecimus) omnis sita sit, nimirum, vt sciamus caput & neruum in hoc esse Dei verbum, ordinem & mandatum. Neq; enim à quoquam homine excogitatum aut inuentum, sed citra cuiusvis consilium & deliberationem ab ipso Christo institutum est. Quapropter sicut decem præcepta, Oratio Dominica, fidei confessio suam dignitatem obtinent, tametsi ea in perpetuū nunq; seruaueris, oraueris, neq; credideris; ita quoq; hoc venerabile Sacramētū, saluū ac inuiolatum permanet, vt nihil illi detrahatur, quam-

libet nos illo indignè abutamur. Quid putas, Deo nostra opera aut fidem ad eò curæ esse, vt eam ob rem suum ordinem aut institutionem immutari patiatur? Videmus enim, in omnibus mundanis rebus eum perpetuò tenorem consistere & ordinem perdurare, quem Deus semel rebus creandis præscripsit & instituit, quæcunq; tandem ratione illis vtamur, aut res creatas exerceamus. Hæc quidem vulgò semper ac sedulò inculcanda sunt, ijs enim omnium seditiosorum Spirituum & gerræ illico labefactantur & sabuertuntur. Illi enim Sacramenta extra Dei verbum intuentur, vt rem à nobis factam.

Quid est itaque Sacramentum altaris? Responso, Est verum Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi, in & sub pane & vino, per verbū Christi, nobis Christianis ad manducandum & bibendum institutum & mandatum. Et sicut de Baptismo diximus, non simplicem eum esse aquam: ita quoque hic dicimus, hoc Sacramentum panem & vinum esse, sed non simpliciter panem & vinum esse, quæ proponuntur discumbentibus, sed panem & vinum Dei verbo inclusa, & huic alligata. Verbum, inquam, illud est, quo hoc Sacramentum fit atq; discernitur, ne tantum simpliciter vinum & aqua, sed CHRISTI corpus & sanguis fit ad dicatur. Nos enim Augustini verbis subscribimus, ita dicentis: Accedat Verbum ad Elementum, & fit Sacramentum. Hoc Augustini verbum tam propriè & expressè dictum est, vt vix aliud dixerit præclarius. Virtute verbi elementum fit Sacramentum, citra cuius accessionem non nisi elementum manet. Jam hoc non est alicuius Principis aut Cæsaris, sed omnipotentis Dei verbum & institutio, cui meritò omnes creaturæ debent ad pedes accidere, atq; assentiri ita se rem habere, sicut dicit ipse, omniq; reuerentia, metu & humilitate illud accipere. Hoc verbo cōscientiæ tuæ imbecillitate

*Quid est
cena Do-
mini?*

*Dictum
Augustini.*

*Quod Verè
ad sit corpus
Christi in
cæna Do-
minica.*

*Contra Sa-
cramenta-
riorum
blasphemias
& infidelitatem.*

confirmare potes ac dicere: Etiam si infinitæ Diabolorum myriades vnà cum omnibus Suermeris, vno ore impudentissimè affirmarent, quomodo panis & vinum Christi corpus & sanguis esse possunt? &c. tamen compertum habeo, omnes ad vnum spiritus & doctos non tanta excultos esse prudentia atq; intelligentia, quanta Deum omnipotentem vel in minimo digito valere certò scio. Iam hîc expressè Christi verbum ponitur: Accipite, edite, Hoc est corpus meum, Bibite ex hoc omnes, hic est calix noui Testamenti in meo sanguine, &c. In hæc verba pedibus imus, hisce constanter adhæremus, perlibenter eos visuri, qui suo Magisterio Christum aliter audeant docere, aut aliter facere, atque ipse locutus est. Hoc equidem non in ciabimur verum esse, si verbum auferas, aut sine eo hoc Sacramentum intuearis, præter merum panem ac vinum nihil tibi mansurum reliquit: sed verbis vnà cum vino & pane manētibus, sicut debet & oportet, tum constat illa veraciter esse Christi corpus & sanguinem. Sicut enim os Christi dicit ac loquitur, ita quoq; est, vt quæ neq; mentiri nouit neq; fallere.

Ex his iam haud difficulter respondere possumus ad omnis generis quæstiones, quibus iam passim multi sollicitantur, quarum vnà hæc est: Num profligata quoque vitæ sacerdos, Sacramentum ministrare aut tractare possit, & eiusmodi. Siquidem hîc nos ita concludimus, dicentes: Quanquam nebulo perditissimum Sacramentum alijs ministraret, aut ipse sumat, tamen nihilominus Sacramentum illum sumere, hoc est, Christi Corpus & Sanguinem, non secus atque is, qui omnium reuerendissimè & dignissimè sumserit aut tractauerit, Neq; enim humana sanctimonia, sed verbo Dei nittur illud. Et quemadmodum nullus sanctorum in terris, adde etiam nullus Angelorum in coelis, panem & vinum in Christi corpus & sanguinem vertere potest.

ita

ita quoque, nemo aliter facere aut immutare potest, nisi hoc Sacramento indignissime abutatur. Nam propter personæ indignitatem aut incredulitatem, Verbum non fit falsum aut irritum, per quod Sacramentum factum & institutum est. Neque enim dicit: Quando credideritis aut digni fueritis, tum corpus & sanguinem meum habebitis, sed Accipite, edite, bibite, Hoc est corpus meum, & sanguis meus. Et uerum, Hoc facite, nimirum quod ego iam facio, instituo, vobis edendum & bibendum porrigo. Hoc perinde valet, ac si dixerisset: siue dignus siue indignus fueris, hic corpus & sanguinem meum habes horum uerborum uirtute, quæ panis ac uini adiecta sunt. Hoc animo reconditum fac diligenter conserues. In his enim uerbis omne nostrum præsidium, tutela & propugnatio, aduersus omnes illorum errores & seductiones, quæcumque, vel exorta sunt unquam, vel deinceps adhuc exoriri possunt, sita sunt.

Ita habemus breuiter primam partem, de Substantia nempe Sacramenti. Nunc porro videamus & uirtutem ac utilitatem eius, cuius gratia potissimum Sacramentum hoc institutum est, quodque omnium maxime in eo est necessarium, ut sciamus, quid hic nobis querendum, indeque auferendum sit. Sed & hoc valde perspicuum est & cognitu facile, ex istis supra memoratis uerbis: Hoc est corpus meum & sanguis meus, quod pro uobis datur & effunditur in remissionem peccatorum. Horum uerborum breuiter hic est sensus: Ideo ad Sacramentum accedimus, ut eiusmodi thesaurum ibi accipiamus, per quem & in quo peccatorum remissionem consequamur. Quare hoc? Ideo quod uerba illic extant & hæc dant nobis. Siquidem propterea a Christo iubeor edere & bibere, ut meum sit, michi; utilitatem adferat, ueluti certum pignus & arraho, imò potius res ipsa, quam pro peccatis meis, morte & omnibus malis ille opposuit & oppignorauit.

Quis sit & uirtus salutaris huius sacramenti.

Inde iure optimo cibus animæ dicitur, nouum hominem alens atq; fortificans. Per Baptismum enim initio regeneramur, verum nihilominus antiqua & vitiosa cutis carnis & sanguinis adhæret homini. Iam hic multa sunt impedimenta & impugnationes, quibus cum à mundo, tum à Diabolo acerrimè infestamur, ita vt non rarò defessi viribus deficiamus, ac nonnunquam etiam in peccatorum lordes prolabamur. Ideo hoc Sacramentum tanquam pro quotidiano alimento nobis datum est, vt huius esu fides iterum vires suas repararet atq; recuperet, ne in tali certamine aut tergiueretur, aut succumbat deniq;, sed subinde magis atq; magis fiat robustior. Etenim noua vira sic instituenda est, vt assiduè crescat, & porrò pergendo incrementa accipiat. Verum huic contrà multæ passiones exhauriendæ sunt. Tanta enim æstuat iracundia inimicus nostre Diabolus, simul atq; conspexerit nos aduersus se, & hominem veterem injecto freno coerceri, vt ille nos vi nequeat opprimere, tum ab omni parte positus insidijs occultè irrepens nos adoritur, omnes suos neruolintendens, omnes suas artes experiens, nihil non faciarum conans, nec prius absistit, quàm nos deniq; extrema lassitudine defessos fecerit, vt aut abiecta (quocumq; aiūt) hasta fidem deseramus, aut omni desperata repugnandi fiducia tædiosi aut impatientes fiamus. Ad hoc iam datum est solatium, & hæc præsentaria animi leuatio adornata, vt cum cor senserit, se nimia impugnatione premi, hic vires & refocillationem querat & auferat.

Ad quid sit instituta.

Sacramentorum Vociferationes.

Atqui hoc loco iterum nasuti spiritus nostri mirifica eruditione & sapientia sua sese contorquent, tumultuantes & vociferantes: Quis verò, inquit, panis & vinum peccata possunt remittere, aut fidem corroborare? Cum tamen sciant & audiant, nos talia de vino & pane nunquam adhuc docuisse, velut panis per se

panis

panis est, verum de tali pane & vino, quæ Christi corpus & sanguis sunt, & verba secum coniuncta habent. Hic, inquam, panis thesaurus ille est, quem iactamus, hic certè est, nec alius, per quem eiusmodi peccatorum condonationem Christus nobis meritus est. Iam ille non aliter, quam per verba (pro vobis traditur & effunditur) nobis offertur & donatur. Nam in his vtrumque habes, & quod Christi corpus sit, & quod tuum sit, tanquam thesaurus & donum concessum gratuito. Quin etiam illud pro certo constat, Christi corpus & sanguinem nequaquam rem otiosam & infrugiferam esse posse, quæ nihil fructus aut utilitatis adferat. Veruntamen quamlibet magnus per se thesaurus existat, verbo eum includi ac in eo nobis offerri necesse est, alioqui eundem neque scire, neque quærere possemus.

Quare nihil etiam illud est planeque friuolum commentum, quod garriunt, Christi corpus & sanguinem non esse in cœna pro nobis traditum & effusum, ob id in Sacramento peccatorum remissionem nos habere non posse. Nam tametsi opus ipsum in cruce peractum est, & peccatorum ibi parta condonatio: neque tamen alia ratione, quam per Verbum ad nos peruenire aut perferri potest. Quid enim hac de re nos comperti haberemus, hæc facta esse aut nobis condonata, nisi hæc prædicatione, aut vocali Verbo nobis annunciarentur? Vnde verò illi hoc habent exploratum aut cognitum, aut quomodo remissionem peccatorum possunt apprehendere, nisi scripturæ & Euangelio crediderint & innixi fuerint? Iam totum Euangelium & fidei Articulus, Credo Ecclesiam sanctam catholicam, remissionem peccatorum, &c. virtute verbi in hoc Sacramento conclusus est, & nobis propositus. Quamobrem ergo talem thesaurum ex hoc Sacramento violenter atque indignè euelli ac diripi pateremur? cum velint nolint, fateri cogantur, eadem hæc esse verba, quæ passim

*Quomodo
Sacramen-
ta confir-
ment fidei,
vel singulis
applicent
promissio-
nem.*

*An fide per
Sacramen-
tum appli-
cetur nobis
gratia.*

in Eu-

in Euangelio repetita audimus: & tam non affirmare audeant, hæc verba in Sacramento nullius usus esse, quam affirmare non audent, totum Euangelium aut verbum Dei extra Sacramentum nullius precij esse aut usus.

*Quibus pro-
fit mandu-
catio.*

Tam ergo totum Sacramentum habemus, cum quid in se sit, tum quid adferat & profit utentibus. Nunc & videndum est, quænam sit persona ea, quæ eam percipit vim & utilitatem. Hæc est, ut breuiter dicam, veluti supra de Baptismo, & aliis non raro diximus, quicumque ea crediderit, quæ verba loquuntur & afferunt. Neque enim saxis aut truncis dicta aut annunciata sunt, sed audientibus, ad quos ita inquit: accipite & manducate; &c. Et quia peccatorum condonationem offert, benigneq; pollicetur, non possunt hæc aliter atq; per fidem percipi. Eam fidem ipse ihs verbis exigit, inquit: Pro vobis traditur, pro vobis effunditur, Quasi diceret: Ideo vobis corpus & sanguinem meum offero, & edere ac bibere iubeo, ut vobis tanquam rem propriam vendicetis, illisq; ita fruamini. Iam quicumque hæc sibi dicta statuit, creditq; ita se habere, ille certo consecutus est. Cæterum hisce verbis diffidens, nihil habet, utpote qui nequicquam hæc sibi offerri patitur, neque tam salutare bono frui cupit. Thesaurus equidem apertus est, atq; omnibus obuius & expositus, atque ad eam ad fores usque adductus, imò potius mensæ ad vescendum impositus: at requiritur porro, ut hunc tibi peculiariter vendices, huic manum extensam admoueas, constanter credens, quemadmodum ipsa verba te docent.

*De præpara-
tione &
quis dignè
sumant.*

Hæc iam tota Christiana præparatio est hoc Sacramentum dignè percipiendi. Cum enim hic Thesaurus in verbis prorsus nobis proponatur: non aliter, quam corde apprehendi potest. Manibus enim eiusmodi donum, adeoq; perennis thesaurus non est apprehensi-

bilis

bilis. Ieiunium & oratio, &c. externæ quidem præparationis locum habere, & puerile exercitium esse potest, vt corpus modestè & reuerenter erga corpus & sanguinem Christi se gerat: verùm quod in hoc & per hoc nobis donatur, corpus nullo modo potest assequi aut apprehendere, sed fides cordis hoc facit, eiusmodi thesaurum cognoscentis & cupientis. Et hæc quidem, quantum ad communem huius Sacramenti institutionem attinet, dicta sufficient. Quæ enim ea de re latius differenda sunt, aliud ac peculiare tempus requirunt.

Vltimò, quoniam de huius Sacramenti recto intellectu & vera doctrina certi sumus, admonitione etiam & cohortatione peropus est, ne talem ac tantum thesaurum, qui quotidie inter Christianos administratur & distribuitur, negligamus, hoc est, vt ij, qui Christo nomen dederunt, se præparent ad huius venerabilis Sacramenti communionem sæpè frequentandam. Videmus enim non obscure, quàm pigros & segnes ad id nos præbeamus. Est penè magna pars eorum, qui audiunt Euangelium, qui, posteaquam Papæ commenta sunt sublata, nosq; à mandato & coactione eius liberari sumus, duos, tres, pluresq; annos, sine hoc Sacramento exigunt: quasi tam firmi sint Christiani, qui eo planè non opus habeant. Et impediri ac absterri in denonnulli hoc nomine sese patiuntur, quòd docuimus, non accedere debere ad hoc Sacramentum, nisi quos fames ac sitis eius vrgeat atq; compellat. Sunt rursus, qui causantur, liberum esse, neq; necessarium, ac satis superq; esse, vt credant, se manducasse: quorum maior pars eò deniq; peruenit, vt omnibus deuotionis affectibus exutis, planè brutescere incipiant, ac demum cum Sacramentum, tum verbum Dei extremè contemnant. Equidem quod initio docuimus, verum esse non negamus, neminè scilicet ad hanc cœnam vllò

Cœna Domini frequentius studendum.

modo

modo adigendum aut impellendum esse, ne de integro nouam animarum carnificinam constituamus. Hoc tamen interim sciendum est, tales pro Christianis non esse reputandos, qui tanto tempore à Sacramento semet alienos faciunt & subtrahunt. Illud enim Christus non in hoc instituit, vt circumferatur pro spectaculo, sed suis Christianis præcepit, vt edant ac bibant, suique per hoc sint memores.

Causa hortantes et crebrior & sus sit corporis & sanguinis Christi.

Et perfectio qui veri Christiani sunt, ac *ymonis* Christi discipuli, quibus Sacramentum est in aliqua exaltatione ac pretio, illi semet sua sponte vltro impellunt. Verum enim vero vt simplices etiam & infirmi quibus aliqua voluntas est esse Christianis, hoc vehementius incitentur, ad causam & necessitatem reputandam, qua ad Sacramentum impelli debeant, ea de re pauca quædam verba faciemus. Nam quemadmodum in alijs negotijs ad fidem, charitatem, animi tolerantiam pertinentibus, non satis est tantum docere & instituere, verum etiam quotidie ac sedulo monere populum: ita quoque hic requirit necessitas, vt prædicando seduli simus, ne segnes aut rædiosi fiamus, nõ ignorantibus, quanto conatu & studio Diabolus huic rei, ac omni Christiano exercitio reluctetur, adeo vt pro virtutibus humanos animos ab eo fuget & absterreat.

Ac primùm quidem clarum textum in ipsis Christi verbis habemus, Hoc facite in mei commemoracionem. Hæc sunt verba nobis præcipientia & iubentia, quibus ijs, qui Christiani censerì volunt, mandatur & præcipitur, vt vtantur Sacramento. Quare qui Christus discipulus esse cupit, quibus cum hic verba facit, huius curæ sit, vt hæc verba sibi cordi sint, non quidem ex coactione, velut impulso ab hominibus, verum vt Christo Domino obsequatur & obediat. Dixeris autem fortasse. Tamen hæc quoque particula, Quotiescunq; feceritis, adiecta est, hæc equidem cogit neminem, sed

elinquit Sacramenti vsu in cuiusque arbitratu liberum? Respondeo. Audio, sed non dixit, vt perpetuò nunquam faciamus: quin potius hæc ipsa verba dicens: Quotiescunque feceritis, vnà iniunxit, vt sæpe Sacramenti communionem iteremus. Estq; propterea directum, quòd Sacramentum velit habere liberum, non certo tempori alligatum, velut erat Iudæorum pascha, quod singulis annis semel tantum, ac non nisi decimo septimo die primi mensis, vespere manducare, nec vllum diem transilire cogebantur. Quasi velit dicere: Ego vobis festiuitatem paschalem seu cœnam adorno & constituo, quam non tantum ad huius diei vespere quotannis celebrabitis, sed ea sæpè fruemini, quando & quotiescunque libitum fuerit, prout cuique integrum erit & necessarium, nulli loco aut tempore allegatum. Quanquam Romanæ sedis Idolum Pontificium hanc quoque, vt cætera omnia à Christo constituta, peruerterit, iterumq; Iudaicam festiuitatem ex ea reddiderit.

Ex his iam perspicuum est omnibus, non ita relictum esse liberum, quasi contemni possit. Cæterum hoc ego voco Sacramentum contemnerè, quando nullo impedimento præpediti, tanto tempore Sacramentum quasi fastidientes, non accedimus, neque desideramus. Quòd si hanc libertatem habere contendis: cur non potius illam quoq; tibi arrogas, vt tibi prorsus non liceat esse Christiano, neque quicquam orare aut credere? Hoc enim perinde Christi præceptum est, atque illud: Sin Christianus perhiberi cupis, vt huic præcepto nonnunquam satisfacias atq; obtemperes, necesse est. Hoc enim mandatum permouere vtique te debebat, vt in te descenderes, & cogitares, Ecce cuiusmodi ego Christianus sum? quòd si essem, haud dubiè vel modico harum rerum perficiendarum caperer desiderio, quas Dominus meus mihi faciendas præcepit.

*Mandatū
de vsu per-
tinet ad
adultos o-
mnes, qui
sunt mem-
bra cœtus
Ecclesie.*

*Contemptus
Sacramen-
tis.*

N n

Et pro-

Et profectò quandoquidem ad hanc cœnam tam grauatè & fastidiosè affecti sumus, ita nauſeantes illam, ſtis apparet, quales in Papatu Chriſtiani fuerimus, qui tantùm coactu & metu humani præcepti accellerimus, ſine omni animi voluptate & amore, præceptiſ Christi nullo reſpectu habito. Sed enim nos ne minem cogimus aut violenter impellimus, nec ququam in noſtri gratiam huius cœnæ conuiuia eſſe dignetur. Hoc verò impellere & vtrò cogere te debebat quòd Chriſtus id requirit, & placet id illi. Homini butique non concedendum eſt, vt ab illis, aut ad fident aut ad vllum opus adigamur. Nos non plus facimus quàm vt doceamus & moneamus, quid factò opus ſit non in noſtri, ſed in tui gratiam. Ipſe pellicit te, ac omnibus modis ad ſe prouocat: hunc ſi arroganter contemferis, vide, vt ipſe pro te reſpondeas.

Hoc primo quidem loco dictum eſt frigidis poſſimùm & negligentibus Chriſtianiſ, vt vel tandem ſerid reſpiciant, ſeque accendant & expergefacciant. Illud enim vero verius eſt, id quod apud me ipſe expertus ſum, & quiſq; apud ſe ita eſſe inueniet, vt tam diuturna ſui à Sacramento alienatione, in dies ſingulor etiam atque etiam frigidiores & barbariores euademus, ac denique proſus id ſaſtidiamus. Alioqui deſcendendum eſt cum animo in colloquium, atque in gerendum, quemadmodum par eſt homini, Dei fauorem & gratiam ex animo cupienti. Iam quò frequentiùs hoc factum fuerit, hoc impenſiùs cor caleſcit & incenditur, ne proſus omnibus amoris diuini flammis extinctis, congelascat. Dixeriſ fortasſe, Quid autè ſi ſenſero me nõ paratum eſſe? Reſpondeo, & hoc quoq; inpugnat adhuc è Papatu vſque, in quo tantæ mentis anxietate, quiſque ſe excarnificauit, vt per omnia puri eſſemus, ne Deus quicquã nauui aut labiſ nobiſ inueniret. Vnde tanta trepidatione ſumus ex

An ſi cogendi profani vt ſumant Sacramentum.

Cum neglectione Sacramentis obrepunt prophana opiniones, & extinguitur invocatio.

nimati, ut illicò quisque attonito animo in hæc verba proruperit: Heu te miserum, hac cœna omnibus modis indignus es. Nam natura & humana ratio, hic suæ dignitatis rationem inire incipit, erga ingentis huius & preciosi boni præstantiam, ac tunc perinde niter, atque obscura laterna lucido soli collata, aut instar fimi candidis gemmis aut vnionibus comparati. Has suæ vitæ sordes intuens, recusat accedere, & tantisper differt, donec bene præparata fuerit, vsq; dum dies diei, mensis mensi, annus anno successerit. Cæterùm hoc si intueri voles, quàm videlicet tu sis probus & purus, atq; in hoc conari, ut nihil conscientiam tuam mordeat, futurum est, ut vix vnquam accedas.

Quare hic homines habita ratione discernendi sunt. Nam procaci feritate & improbitate insolescentibus dicendum est, ut à Sacramento abstineant: neque enim ad percipiendam peccatorum remissionem sunt apppositi, utpote qui eam non desiderant, nec libenter probi esse student. Reliqui verò, qui non ita feriti sunt & belluini, quiq; probitatis amantes sunt, nullo modo semet ab hac cœna debent seiungere, tametsi alioqui fragiles sint & imbecilles, quemadmodum & dictum est ab Hilario: Si quod peccatum non ita perpetratum est, cuius gratia aliquis iure ex Ecclesia possit exigi, ac pro gentili existimari, huic nequaquam à Sacramento temperandum est, ne quis se ipse vitæ priuet. Nemo enim eò probitatis vnquam se venturum speret, ut non infinitos defectus in carne & sanguine suo retineat.

Quapropter eiusmodi hominibus discendum est, summam esse scientiam, nosse, nostrum Sacramentum non dignitatis nostræ gratia institutum esse. Non enim ut dignos & sanctos nos baptizari permittimus, neque hoc nomine peccata nostra confitemur, quasi puri & delictis alieni essemus, sed planè contraria quadam

*Ascendit
sunt à com-
munionem,
qui polluti
manifestis
delictis non
emendant
se.
Hilarij do-
ctum.*

*Agentes
penitentiam
non fugiant
& sum
Sacramen-
ti.*

ratione, ut miseri ac ærumnosi peccatores, & profus propterea, quia indigni sumus: nisi fortasse quispiam talis esset, qui nullam gratiam aut absolutionem desideraret, neque cogitaret vnquam vita in melius mutata resipiscere.

Amplissima promissiones proponit, et inuitemur ad frequentatorem & sum Sacramenti.

Sed enim qui gratiam ac consolationem habend & impetrandi cupidus est, ille semet instiget, nullo modo absterreri se patiatur, itaque dicat: Peribente quidem hac cœna dignus esse velim, nulla adductus dignitate venio, verum tuo verbo fretus adsum, propterea quod tu mihi præcepisti, egoque non inuitus in discipulorum tuorum numerum referri cupio, quantalacunque tandem mea sit dignitas, nihil moror. Verum hoc arduum & graue est factu, hoc enim nobis nunquam non impedimento est & obstat, quod longe attentiores ad nos ipsos, quam ad os & verba Christi sumus. Ita enim natura humana agere cuperet, ut securitate quadam & certitudine se ipsa potius frui & niti posset: qua re frustrata, abhorret accedere. Verum hæc de prima parte satis superque diximus.

Secundò, benigna quoque huic præcepto adiecta est promissio, ut supra etiam memoratum est, quæ nos omnium vehementissime instigare debebat atque impellere. Hæc enim illa sunt verba, perquam amica & amabilia, humanitatis ac benevolentiae plenissima: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Hæc, inquam, verba dixi neque vllis cautibus neque quercubus esse prædicata, verum mihi & tibi: alioqui eadem opera æquè tacere potuisset, neque vllum Sacramentum instituere. Quare fac etiam atque etiam, ut & te in hæc verba (P R O V O B I S) includas, ne nequicquam tecum loquatur. Hic enim omnes thesauri sui nobis offert diuitias, quascunque cœlitus secum humano generi detulit: ad quas etiam

aliâs

aliás amicissimè & amantissimè nos prouocat, veluti
 Matth. II. inquit: Venite ad me omnes, qui laboratis
 & onerati estis, ego reficiam vos. Iam quidem extre-
 mum flagitium & facinus est, quòd, cum ille tam a-
 manter atq; fideliter nos vocet & moneat, ad nostrum
 summum & maximum bonum confluendos, nos tam
 alienos erga vocantem geramus, ac tantum temporis
 a Sacramenti participatione remoti exigamus, donec
 prorsus animo indurato refrixerimus, vt nulla vsquam
 desiderij aut amoris scintilla in nobis superstes rema-
 neat. Equidem Sacramentum non perinde intuentum
 est, vt res noxia, à qua vitanda ambobus (quod aiunt)
 periculis fugiendum sit, verùm vt salutifera & utilis me-
 dicina, quæ tuis morbis medeatur, vitamque tibi det
 & animæ & corporis. Vbi enim anima recuperata la-
 lute conualuit, ibi corporis quoq; valetudo salua est.
 Cur ergo nos illud ita abominantes cauemus, quasi
 cicuta esset, quæ deuorata mortem nobis inferret præ-
 sentem?

Illud equidem inficias non iucrim, eos ipsos, qui
 contemnunt, aut beluino more viuunt, tantùm in per-
 niciem & damnationem sibi sumere. Talibus enim ni-
 hil debet esse bono aut saluti: perinde atque ægrotò
 accidere solet, pro libidine sua edenti atque bibenti,
 quæ ipsi à medico interdicitæ sunt. Ij verò, qui suæ car-
 nis infirmitatem sentiunt, eaque libenter exonerati
 essent, quærentes auxilium, non aliter intueri debent
 & vt, atque preciosissima tyriaca, aut antidoto præ-
 sentissimo, aduersus omnia venena, quibus infecti sunt.
 Hic enim in Sacramento ex ore Christi sumes pecca-
 torum condonationem, secum habentem, vnâq; ap-
 portantè Dei gratiam & Spiritum, vnâ cum omnibus
 suis bonis, tutela, protectione & potestate, contra
 mortem, Diabolum, atque omnia mala.

Ira quidem à Deo & Christi præceptum, eiusque

*Hic offer-
 tur remissio peccato-
 rum, & ap-
 plicatur
 credentis.*

*Sensus in-
dignitatis
& miseria
nostra ac-
cendat in
nobis desi-
dersum
huius car-
nis.*

*Qui vocen-
tur indi-
gni.*

*Exciendus
ex animis
stupor cogi-
tatione de
nostris la-
psibus &
imman-
disse.*

promissionē habes. Adhæc tui gratia, tua ipsius neces-
sitas, quæ cervici tuæ incumbit, & cuius gratia eiusmo-
di præcepta, illectamenta & promissiones datæ sunt,
impellere te debebat. Ipse enim dicit: Non est opus
medico valentibus, sed malè habentibus, hoc est, labo-
rantibus, & qui peccatis, mortis formidine, carnis atq;
Diaboli tentatione onerati sunt. Iam si peccatorum
fauce grauat es, tuamq; sentis infirmitatem: tum a-
lacri accedas animo, teq; Christo reficiendum, leuan-
dum & corroborandum offeras. Etenim si tamdiu pro-
crastinare volueris, donec defecatis vitij mundus &
dignus Sacramentum possis accedere: perpetuò tibi
ab hac cœna abstinendum erit. Etenim eam hic pro-
nunciat sententiã: Si purus & probus es, mea ope non
indiges, neque vicissim te mihi opus est. Quare ij tan-
tùm indigni dicuntur, qui suos defectus non sentiunt,
neque peccatores esse sustinent.

Quòd si dixeris, quid mihi tum faciendum suades,
si talem carnis meæ necessitatem persentiscere ne-
queo, neque vlla Sacramenti fame aut siti teneor? Re-
spondeo: Ijs, qui ita affecti sunt, vt nihil tale sentiant,
nullū scio dare consiliū præstantius, quàm vt in suum
propriū inspiciant, videantq;e, num ipsi quoq; car-
nem & sanguinem habeant: quòd cum ita esse com-
perient, tum sui tantùm compendij gratia Pauli Epi-
stolam scriptam ad Galatas requirant, & audiant, cu-
iusmodi sua caro fructus soleat producere. Manifesta
sunt autem (inquit) opera carnis, quæ sunt adulte-
rium, fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria,
Idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentio,
æmulationes, ira, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, in-
micitia, ebrietates, commestationes, & his similia.
Quapropter si hæc sentire nequis, saltem Scripturam
credas, quæ tibi non mentietur, & cui caro tua prop-
rius quàm tibi nota est. Imò amplius quoq; concludit

Paulus

Paulus ad Roman. 7. inquit : Scio, quod non habiter
 in me, hoc est, in carne mea, bonum. Quod si Paulus
 de sua carne id pronuciare audeat : neque nos vel me-
 liores, vel sanctiores illo esse volumus. Quod autem
 nos idem non persentiscimus, hoc periculosius agro-
 ramus. Signum enim est certissimum, nostram carnem
 lepra esse infectam, quæ nihil quidem sentit, lauit ta-
 men interim, & circumcirca serpit. Veruntamen, vi-
 ditum, quod si vsq; ad eum mortuus es, saltem Scriptu-
 ræ testimonio fidem habere digneris, quæ qualis sis,
 iam tibi suo comprobavit iudicio. Et in summa, quo-
 minis tua peccata & defectus persentiscis, hoc plures
 cause tibi supersunt accedendi, opemq; & medicinam
 queritandi.

Deinde in hoc quoque fac attentus sis, ut circum-
 spicias, num in mundo quoque verferis, aut si ignoras,
 id ex vicinis tuis exquirito. Quod si vnâ cum alijs in
 mundo constitutus es, non est, ut cogites, peccatum &
 necessitatem tibi defuturam. Tantum enim inepias,
 ac ita te geras, quasi probitatem sectari, & cum Euan-
 gelio stare decreueris, ac vide, num nemo tibi infen-
 sus futurus sit, insuper ægrè faciat, vim atq; iniuriam
 inferat, præterea ad peccata & vitia causam suppeditet.
 Quod si nondum expertus es, hoc ipsum Scripturâ
 magistrâ fac audias, iursum ac deorsum his præclaris
 testimonijs & titulis mundum prædicante.

Præter hæc Diabolum quoque iuxta te habebis,
 quem prostratum nequaquam prorsus conculcabis,
 cum Dominus noster Iesus Christus ipse deitare non
 potuerit. Quid ergo est Diabolus? nihil aliud, quam
 quod eum Scriptura nominatus esse perhibet, nempe
 mendax & homicida. Mendax quidem ob id, quod cor
 humanum à verbo Dei abducere & excæcare con-
 atur, ne tuam necessitatem sentias, neue ad Christum
 medicum venire queas. Homicida verò, qui ne ad vnus

*Mundi dis-
 ricta erga
 Ecclesiam.*

*Rabies
 Diaboli.*

*Mendaci-
 cum.*

*Homicidi-
 um*



quidem horulæ spatium vitam tibi fauet. Quod si vendendi tibi daretur copia, quot gladijs, quot hastis, quot sagittis & telis, omnibus momentis in te collimeres gauderes toties tibi patere ad Sacramentum accedendi ianuam, quoties possis consequi. Quod autem tam securè, tam incogitanter ambulamus, nihil facit aliud, quàm quòd non cogitamus aut credimus, nos in carne & hoc prauo mundo viuere, aut versari in regno Diaboli.

*Precatio
pro alijs.*

Quamobrem hæc probè experienda & exercenda tibi proponito, teq; ipse accuratè fac excurias, & noscas, tum paulisper circumspicito, & vide, quid Scriptura loquatur. Quòd si ne tum quidem quicquam senseris: hoc maior te vrget ad conquerendum necessitas æquè apud Deum ac proximum tuum. Ab his petas auxilium, utq; pro te precentur, postula, neque priùs abstas, quàm cor tuum adamantina illa duritie liberatum fuerit. Ita fiet, vt demum tua tibi pateat necessitas, clarè visuro, te terque quaterq; in omnium vitiorum lernam profundius esse immersum, quàm vitulum alium peccatorum: teque Sacramento multò egerere impensius, medendæ calamitati tibi occultæ, Deo suam tibi largiente gratiam, vt magis sentias, fiasq; ab hunc modum Sacramenti esurientior. Præcipue verò Diabolo tantoperè te infestante, tibi que pernitenti machinante, vt te comprehensum & anima & vita iuxta spoliet, ita vt nullâ horâ ab eius insidijs tibi intuto esse liceat. Quàm citò verò & subito te ositantem, & nil tale opinantem in omne calamitatis genus præcipitauerit?

*Hæc commo-
nificationes
non solum
adultis, sed
etiam te-*

Hæc iam hæctenus monendi gratia dicta sint, non tantum nobis grandioribus, verum etiam natu minoribus, qui in Christiana doctrina, eiusdemq; intellectu educandi sunt. Ad hunc enim modum hoc minore negotio decem præcepta, fidei symbolum, & oratio-

nem

nam dominicam iuventuti inculcare possemus, ut cum
 quadam voluptate, atque adeo serio hæc caperent, & ira
 statim ab ipsis infantia crepundijs percepta indefi-
 nenter exercerent atque assuescerent. Iam enim pene
 cum natu grandioribus actum est, ut hæc atque alia ab
 ipsis impetrare nequeamus, nisi eiusmodi homines iam
 inde a puero edocentur, qui nobis successuri sunt, no-
 strumque opus & officium arrepturi, ut & ipsi suos libe-
 ros bene ac salutariter educant, quorum opera Dei
 verbum sustentetur, & Christianorum communio ædi-
 ficetur. Quapropter quisque paterfamilias sciat, hoc
 sui esse officij, ut Dei iussu atque præcepto hæc liberos
 suos doceat, aut alios docere sinat, quæ eos nosse pa-
 est. Cum enim baptizati sint, iamque in Christianorum
 numerum & communionem cooptati: æquum est, ut
 huius Sacramenti participatione fruantur, ut nobis
 queant esse vtilitati & subsidio. Oportet enim
 eos omnes & singulos nobiscum credere,
 diligere, orare & aduersus Diabo-
 lum pugnare.

*nera etati
proponenda*

*Officium
patris fa-
miliæ.*

